

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0018

LOG Titel: §. IV.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

3. Petitionem officii iudicis practica in actis describi obseruat.
4. Citatio in dubio ad petitionem partis facta presumitur.
5. Descriptum in libro mercatoris si quid est, quod ad meas rationes faciat, ad meam petitionem descriptum censemur.
6. Testis in dubio ad partis petitionem deposuisse censetur.
7. Impensa eius, cuius interest, quid factum esse presumitur.
8. Actus magistratus in dubio presumitur.
9. Delictum ut euitetur, in dubio capitari presumptio.
10. Pro iudice in dubio presumitur.
11. Delicta vbi duo sunt, illa presumptio attenditur, quæ suadet minus delictum.

Quærere etiam sat's conuenit hoc loco, An in dubio iudicem † sūisse officium suum ad partis petitionem imparitum presumendum sit? In qua dubitatione R. ipa in d.l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 9. 7. ff. de damno infecto. inquit presumendum ea ratione non videri, quod † partis petitio, quæ solemnitas intrinseca est, in dubio non presumitur. l. quecunque. §. fin. ff. de public. action. & tradit glossa in l. sanctimus. in verbo, per contumaciam. C. ad Senatus consultum Trebellian. Quæ docet practicantes, † vt curent in causa referri, qualiter instantे & requirente parte, iudex suum officium imparitus est. Contrariam autem opinionem, vt omnino officium interposuisse videatur, alii his potissimum rationibus existimatunt. Et primum, quia citatio † in dubio ad partis petitionem facta presumitur, vt inquit Bal. in l. 2. C. de eden. Tertio comprobatur, quia testis † in dubio ad partis petitionem in dubio deposuisse censemur: non autem vltro, & non requisitus se obtulisse, vt tradunt Domini Rota in decis. 37. 2. in nouis, & sequitur Fely in c. 2. col. 7. extra de testib. In hac opinionum ambiguitate R. ipa eo in loco primam opinionem veriorem arbitratur: vt scilicet in dubio officium suum interposuisse non censeatur.

Hæc autem prima opinio limitatur pluribus modis, & primo quando iudex officium suum in actu requirente impensam imparitus est: nam eo casu presumitur interuenisse seu interpositum esse impensa † eius, cuius huiusmodi impensam fieri interest, per ea quæ tradit Bart. in l. cum seruus. ff. de verb. obligat. per illum text. & per text. in l. fin. C. de alien. pupill. præstan. Et eadem etiam ratione factum esse arbitratur, quare citatio ad partis petitionem facta censemur: nam ad citationem faciendam impensa necessaria est, l. i. C. de postulan. & sequitur Felic. alia multa deducens in cap. sicut, colum. penult. extra de re iudic. & recentiores in l. sciendum. ff. de verborum obligat.

Secundo arbitror prædictam conclusionem limitari, quando sumus in casu, in quo iudex officium suum impariti tenetur: & eo non imparito, in pœnam incidit: Nam in hoc casu in dubio, vt imparitum fuerit, dicendum est: Ratio autem est,

quia † in dubio proactu magistratus presumitur, & presentia extra derenunt. & l. 2. C. de offic. civil. iudic. & l. Herennius. §. Caia. ff. de euill. & tradit Natta in consil. 146. num. 3. vol. 1. & est text. in cap. nostra, extra de procurat. & in cap. quoniam contra, extra de probat. & tradit ibidem gloss. fin. & Port. in consil. 72. num. 9. Comprobatur secundo ex eo, quod presumptio ad † de licetum euitandum capit. l. merito. ff. pro socio. & tradit Bart. in l. non solum. §. sed & probari. ff. de oper. noui nunciat. vbi tradit etiam Alexand. & iterum Alexand. in consil. 52. vol. 3. & Dec. in cap. in presentia, in 2. notab. extra de probat. Præterea † & quarto quod pro iudice presumatur tradit Cephal. in consil. 57. num. 20. vol. 1. Quinto etiam non modicum facit illud, quod dicitur, † quod quando sunt duo delicta, illa presumptio attenditur, quæ minus suadet delictum. l. sp̄. pres. ff. de pœnis. & tradit Crauet. in consil. 6. num. 69. & Ruin. in cap. 1. colum. 2. in fin. volum. 5. & l. hæc enim. vbi Bart. ff. de suspect. tutor. & tradit Aret. in consil. 31. colum. penult. versic. ad secundum. & Alciat. in tract. de presumpt. in 3. reg. presumpt. 6. & late Roland. à Vale in in consil. 1. num. 36. 37. & 38. vol. 3. & Menoch. in consil. 98. num. 6. cum aliis vulgaribus.

S. IV.

C A P. I.

A R G U M E N T U M.

Generalia quædam de datione in solutum, & de adiudicatione, & in quibus differant.

S V M M A R I A.

1. Alienatio genus dicitur, & in duas species diuiditur, scilicet in dationem in solutum, & in adiudicationem.
2. Datio in solutum, quando vere dicatur.
3. Adiudicatio quid sit.
4. Datio in solutum, & adiudicatio, an eundem titulum habeant.
5. Adiudicatio dicitur additio.
6. Alienatio, quæ sit à debitore per dationem in solutum, dicitur voluntaria.
7. Adiudicatio, seu datio in solutum à iudice, dicitur necessaria & quando.
8. Statutum de datione in solutum loquens, an intelligatur de voluntaria, vel de necessaria.
9. Datio in solutum facta à iudice dicitur ne alienatio voluntaria, quando sit ob debitum voluntarie contractum, vel necessaria?
10. Debitor non dicitur inuitus, cum debeat & posset patrum & coniunctionem seruare.
11. Dationem in solutum qui accipit, causam ab ipso debitore habere censemur.
12. Factum iudicis dicitur factum partis.
13. Actus solet iudicari à causa originali, à qua assumit naturam & formam.
14. Causa dicitur lucrativa vel onerosa, inspecta origine.
15. Actio dicitur quid diuersum ab obligatione, ex quâ scitur.
16. Effectus varios resultare ex eo, quod datio in solutum iudicaria, voluntaria, vel necessaria sit.
17. Successor in datione in solutum necessaria, tenetur statere colono.

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

195

- 18 Successor omnis per sententiam tenetur stare colono.
19 Successor in alienatione voluntaria, colono stare non tenetur.

Quoniam datio in solutum Executionis species est, merito prosequendo rem propositam, nonnulla de datione in solutum hoc loco tractanda sunt: Verum quia datio in solutum, & adiudicatio, aliquando confunduntur, & adiudicatio pro datione in solutum, & econtra datio in solutum pro adiudicatione accipitur, prius pro clariori infra dicendorum declaratione & intelligentia de eorum differentia tractandum est, ut commodius deinde & clarius ad aliorum declaratione descendamus: Incipiendo igitur, in primis sciendum est, dationem in solutum à parte parti extra judicialiter fieri: adiudicationem vero à iudice & judicialiter, ut inquit Alex. in consil. 52. viso themate, col. 1. vol. 1. Sciendum quoque est, alienationem tamen genus quoddam constituedam esse: Ab hac alienatione ut genus recepta, duæ sane alienationis species procedunt: Datio scilicet in solutum: & adiudicatio: de quarum altera specialiter dicendū est: Datio tamen in solutum tunc vere & propriè dicitur, cum debitor sponte creditori rem aliquam vel bona pro suo credito dat. I. eleganter, in princ. vbi notatur: ff. de pignor. actio. & l. precii. C. de rescin. vendit. & l. eum à quo. C. de solut. & tradit Riminal. in consil. 353. num. 32. vol. 2. & idem & Roland. à Valle num. 19. vol. 1. Adiudicatio tamen vero est, cum res debitoris judicialiter creditori assignatur, & tunc aliter dicitur adiucci creditori. I. à Diuo Pio. §. si pignora, cum duobus §§. sequentibus. ff. de re iudic. & in l. fin. C. si in causa iudic. & tradit Riminal. in d. consil. 353. num. 32. vol. 2. His sic existentibus interfert, dationem tamen in solutum & adiudicationem eundem titulum non habere, seu nomen, cum adiudicatio tamen dicatur additio, ut inquit eodem in loco Riminald. & tradit Tiraquellus in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. lignagier. §. 1. gloss. 14. num. 8. per text. in dicta l. à Diuo Pio. §. si pignora. & sepe alias in eadem lege. ff. de re iudic. vt notat etiam Alexand. in consil. 52. viso themate & statutu, num. 4. vol. 1. Illa igitur alienatio, tamen quā facit debitor, datio in solutum voluntaria dicitur, ut inquit Tiraquellus eodem in loco, num. 13. ex quo à voluntate originem habeat, ut simile habemus in l. cum commodato. §. sicut ff. commoda dat. Et ideo consequens est, ut quicquid inde sequitur, voluntarium dicatur, ut notatur in l. 1. versic. quid si existant, iuncta gloss. in verbo, pacto. C. de natur. liber. & Baldus in consil. 306. in fin. lib. 1. & tradit etiam Cephal. in consil. 256. num. 4. Adiudicatio tamen vero, seu in solutum datio, quā à iudice sit, necessaria dicitur, ut inquit Cephal. in consil. 254. num. 2. & 17. vol. 2. Quidam autem existimarent, huiusmodi dationem in solutum, à iudice decretam non simpliciter necessariam dici debere, sed ita distinguendo: Nam si talis datio in solutum, causa præcedentis debiti voluntarie contracti à iudice fiat, tunc inspecto principio & causa ob quam facta fuit, voluntaria alienatio dicitur, ut inquit Tiraquellus in tract. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 13. in princ. dum inquit factum iudicis rem parti adiudicantis, factum debitoris existimari, qui prius sponte debitum contraxit. Et ideo talis in solutum datio, voluntaria alienatio dicitur: non secus ac si à debitore ipso facta sit, ut inquit Tiraq. ibid. num. 13. versic. & huius ratio. &

tradit Cephal. in d. consil. 256. num. 15. vol. 2. Comprobatur hæc conclusio ex iis, quæ dixit Bald. in tit. de prohib. feud. alien. per Federic. num. II. versic. emphyteusi autem. Si igitur ex prædictis ad statuta tamen inferamus, 8 vt huiusmodi statuta de datione in solutum necessaria, non autem voluntaria loquantur, & intelligenda sint: dicendum videtur, statuē præcedenti regula, ut datio in solutum facta à iudice, necessaria alienatio dicatur: Limitetur tamen, ubi ob illud 9 debitum fieret, quod vltro contractum sit, & à meta voluntate dependet, prout voluit Cynus in l. emptorem. C. locati. & tradit Cephal. in d. consil. 254. num. 11. vol. 2. ea ratione, quia debitor ipse vltro dedisse videtur, ex quo prius sponte debitum contraxit. Est igitur talis in solutum datio, inspecta origine voluntaria. l. si ob causam, ubi tradit Bar. & sequuntur alii. C. de euiction. prout prius sensit Cynus in d. l. emptorem, post princip. & clare Bald. in consil. 306. verba inuestitura, circa fin. vol. 1. dum inquit, debirorem tamen inuitum i 10 non dici, cum possit ac debeat paetum obseruare. Quod autem id à voluntate originem sumat, inquit Signorol. in consil. 57. factum sic proponitur. num. 7. dum præcisely loquitur, cum via iudicij & facta estimatione creditor ut sibi satisfiat, bona aestimata in solutum accipit, eamque sepe spontaneam & voluntariam alienationem appellat. Plures præterea alios refert Tiraquel. in eodem loco supra relato, & eodem num. 13. & Decius in consil. 160. in causa matrimonii, colum. 2. post principium, versic. præterea dato. Prædictis addit Cephal. eum, qui tamen hanc in solutum dationem recipit, causam ab ipso debitore habere existimari, & Aret. in l. si us, qui exponit, colum. fin. versic. tu autem. ff. de vulg. & pupill. & sane immediatam: cum factum iudicis, tamen ipsius partis factum 12 dicatur. d. l. si ob causam. C. de euiction. cum aliis, quos refert Aymon Crauella in consil. 5. num. 1. & in consil. 248. num. 1. Et in his terminis præcisely tradit Bald. in cap. quoniam frequenter, prope finem, extra vi lite non contestat. & late tradit Traq. in tract. de vtroque retract. §. 8. 1. gloss. 14. num. 11. & 12. Vbicunque igitur datio in solutum, fit interueniente bonorum estimatione: & ob pecuniam creditori debitam ex contractu voluntario, emptiuis voluntatis species videntur. Comprobatur hæc conclusio ex eo quod actus tamen à causa originali vnde naturam & formam 13 recipit, dici solent, & nomen accipere, ut ait gloss. in l. certi condicione in verbo, in omni causa, in fin. ff. si cert. petat. & facit illud, quod habetur in l. qui id quod. ff. de donation. & plures idem tenentes refert Ias. in l. 1. §. liberos, col. 1. versic. hinc est ff. de ius vocan. Quemadmodum etiam inspecta tamen origine, causa lucrativa 14 ua vel onerosa dicitur, ut inquit gloss. in l. si duo. ff. de acquirend. hcreditat. & Decius in d. l. in eo quod. in fin. ff. de reg. iur. Et si ex aduerso obstat videatur, & contrariam sententiam firmare illud quod dicitur, tamen actionem quid ab ipsa obligatione esse, ex qua ait 15 Etio oritur. l. licet. §. ea obligatio ff. de procurat. Nam eadem ratione, ut hæc alienatio quid diuersum sit à prima obligatione, dicendum videretur. Quæ sane obligatio licet voluntaria sit, alienationem tamen necessariam esse nō inconvenit, & præsertim cum ob præcedentem obligationem facta sit. Quæ licet voluntaria fuerit, alienatio tamen necessaria videatur: & præsertim cum à præcedenti obligatione proueniat: non autem à mera voluntate, & quod plus in ipso iudicio, quod redditur in inuitum. l. in-

ter stipularem. §. i. ff. de verborum obligationib. & fortasse pro pretio valde à voluntate debitoris diuerso. His tamen respondendo inquit Cephal. eodem in loco, num. ii. Sateri alienationem hanc ab obligatione præcedenti separata in esse: hancque in futurum dationem, ex necessitate fieri, & debitore inuito. Verum cum principium, & origo, quorum facta est, inspecto voluntario principio voluntaria sit, omnia quæ subsequuntur, voluntaria esse, ut supra conclusum fuit, concludendum esse: & ita inquit voluisse Tiraquellum in loco supra relatione, cum non dicat alienationem quibuldam inspectis voluntariam esse, quibusdam vero aliis necessariam: Sed eam absolute inspecto principio voluntariam dicat, prout comprobatur ex iis, quæ habentur in l. 3. §. scio. ff. de minor. Nam non potest una & eadem res diverso iure censeri. l. eum qui edes. ff. de yfucap. Et ideo subdit, non obstat illud quod dixit Bald. in tit. de prol. feudi alien. per Federic. num. ii. vers. in emphyteusi autem. Quia loquitur iuxta illam regulam, de qua supra diximus, quod datio in solutum à iudice necessaria alienatio dicatur. Verum cum limitet, quando procedit à debito voluntarie conflato, utiq; in tali casu voluntaria alienatio dici debet. His ita in iure subsistentibus, ad plura inferri contingit. Et primum ad hoc, t̄ quod si datio in solutum iuridicaria necessaria dicatur, ex consequenti quoque successore, & sic illum, cui à iudice in solutum datur, colono stare oportere dicendum sit: cum illud t̄ clarum sit, successorem ex causa necessaria colono stare debere. l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. ff. soluto matrim. vbi etiam Bart. & alii tradunt. & in l. diuortio, vbi potissimum Ias. col. i. o. post gloss. magnam, eodem tit. Et ideo in his terminis colono stare tenetur, per ea quæ supra diximus, pro illa opinione quod sit alienatio necessaria, quæ videtur etiam comprobari ex iis, quæ voluit B. l. in d. c. quonia frequenter, in fin. extra ut litem non contestat. dum ponit regulam generalem, ut quilibet, t̄ qui per iudicis sententiam succedit, colono stare teneatur, & inquilino, ut refert & sequitur Ias. in d. l. diuortio, in princ. col. io. vers. ego anno præterito. ff. soluto matrim. & Beninten. in dec. §. 4. cum etiam quia verisimile nō est, ut Iudex in solutum dando iuribus conductoris præiudicare voluerit, cum ius tertii semper referuasse videatur. l. in venditione. §. i. ff. de bonis autoritate iud. possiden. & Roman. in l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium, num. ii. ff. soluto matrim. vbi tradit etiam Alex. num. 7. Si vero t̄ contrariam opinionem tenemus, quod scilicet alienatio voluntaria sit, colono stare non tenetur, ut firmavit late ex predictis Cephal. in consil. 254. & in consil. 255. per totum vol. 2.

Illud etiā ex predictis inferretur, dationem scilicet in solutum, à venditione differre: Nam retenta prima opinione, datio in solutum à iudice est necessaria venditio vero voluntaria, ut inquit Corne. in consil. 166. num. 25. & 26. vol. & quod datio in solutum sit actus necessarius, tradit Riminal. senior in consil. 353. num. 24. vol.

C. A. P. II.

ARGUMENTVM.

Datio in solutum & adiudicatio in quibus conueniant.

S Y M M A R I A.

- 1 Adiudicatio & datio in solutum, quo ad effectum non differunt.
 - 2 Datione in solutum vel adiudicatione subsequuta, omnia iura prima et crediti extinguuntur, nec non tenuta & hypotheca ex ea resultantes.
 - 3 Evidēt in solutum data, non potest amplius agi prima et actione: sed ex empto agendum est ad interesse.
 - 4 Dationibus in solutum seu adiudicationibus ad causam apponitur clausula, ut si vlo vnguam tempore contingat dicta bona adiudicata, vel in solutum data in totum, vel in parte tolli vel molestia liceat, redire ad prima iura.
 - 5 Notarius censetur rogatus apponere clausulas consuetas.
 - 6 Clausula non reperta in sententia, non subintelligitur.
 - 7 Argumentum valet de contractibus ad iudicia.
 - 8 Iudicia magis equiparantur contractui, quam yltima voluntati.
 - 9 Sententia strictissime intelligi debet.
- L**icet dictum sit, adiudicationem & in solutum dationem, in aliquibus inter se differre: quo tamen t̄ ad effectum non differunt. Nam datione in solutum, vel adiudicatione subsequita, t̄ omnia crediti prima iura extinguuntur, tenuta & hypotheca ex ea resultantes. Vnde est ut re in solutum data vel adiudicata euicta, t̄ prima et amplius actione agi non possit: sed ad interesse ex empto agendum sit, ut inquit Bart. in l. eleganter, in princ. ff. de pignor. action. afferens ea de causa optimam cautelam, ut scilicet in huiusmodi adiudicationibus, t̄ vel in solutum dationibus, clausula illa apponatur, ut si vlo vnguam tempore dicta bona in totum, vel in parte euinci tolli, vel molestia aliqua affici contingat, ad prima iura redire liceat, prout si recte inspicatur stylus apponit & obseruat: Et hoc idem repetit rursus Bart. in l. si quis aliam. ff. de solution. & in l. libera. C. de sentent. & interloc. omn. iudic. & cisdem in locis rationem adducit. Est tamen animaduertendum, quod si forte in datione in solutum extra iudicium facta huiusmodi clausula non reperiatur pro apposita haberi debet, cum de communi Notariorum stylo & consuetudine sit soleatque communiter apponi, & praesertim cum quilibet Notarius t̄ clausulas consuetas apponere rogatus a partibus censematur, ut inquit late Ias. in l. certi condic. §. si nummos. ff. si cert. petat, & in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum. & in l. vt liberis. C. de collation. & Alexand. & recentiores in l. huiusmodi, in princ. ff. de legat. i. & Decius in l. semper in stipulacionibus ff. de reg. iur. Verum si in sententia non reperiatur, subintelligenda t̄ non est: & si alioquin de contractibus t̄ ad iudicia argui soleat. l. omnem. ff. de iudic. & l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. prout in simili argumentatur Fulgos. in consil. 183. circa principium, & specie Bald. in l. ab executione, colum. fin. C. quorum appellat non recipi. Et licet id eo magis dicendum videtur, cum iudicia t̄ magis contractui, quam voluntati comparentur. d. l. 3. §. idem scribit. & l. verba, gesserunt. ff. de verbis signif. & Ias. in Rub. prope finem, C. de iudic. attamen talis comparatio in iudicis sententia procedere nō videtur, quæ strictissime t̄ intellegi debet, & ex ea plus argui, vel inferri non potest, quam verba ipsa necessario inferant, ut inquit Bart.

De Executionibus, Tractatus. §. 4. 197

Bart. in l. si iudex. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. & in l. Julianus verum debitorem, col. 3. ff. de condicione. in-deb. & plura congerit Aret. in consil. 73. super. & Socin. in consil. 134. visa, col. 1. vol. 1. & Decius in consil. 348. de duobus, col. fin. & in consil. 322. vijsis consiliis. Sententia enim ita est stricti iuris, ut quicquid omissum est, in ea pro omissio habeatur, nec suppleri quicquam possit, aut addi, vel minui, nisi eadem die super accessoriis, l. Paulus, la. iuncta l. Iudex, & vtr obiq. Bart. Alex. & ceteri. ff. de re iudic. Et licet alioquin adiudicatio, siue in solutum datio, debitorem non aliter liberet, ac si soluisset, vt est text. Inst. quibus modis tollitur obligat. in princ. si tamen cum illa condicione fiat, ut in casu molestia seu euictionis ad primaria iura redire debeat, prout plerumq; in sententiis habetur, neq; debitor, neque eius fideiussor liberatur, sed vtriusque obligatio suspenditur, donec ipsi euictioni locus esse possit, qua sequuta potest creditor suum vtraque consequi actione, ut in terminis magis dubitabilibus tradit Paul. Castrensi. in l. si pignora. §. fin. ff. de pignor. action. & ante a voluit glo. in l. 1. C. credito. euictio. pignor. non debe. & late tradit Negusan. in tract. de pignor. & hypothe. in l. memb. 6. partis principalis. Illud tamen omittendum non est, quod supra de clausula illa, quod in casu euictionis & molestia ad primaria iura redire liceat. Nam licet dictum sit in sententia, nisi in ea reperiatur, appositam non censeri: Limitatur tamen quando adiudicatio, siue in solutum datio, pro dotis restituzione fit. In eo namque casu speciali dotis favore in ipsa sententia pro apposita habetur. l. qui res, vbi tradit Bart. in l. notabil. ff. de solution. & in l. si quis aliam. ff. codem tit. & voluit Baldus in l. libera. C. de sentent.

C A P. III.

A R G V M E N T V M.

Datione in solutum facta, an admittatur retractus.

S V M M A R I A.

- 1 Retractus ius, an habeat locum in datione in solutum.
- 2 Statuta loquentia de venditione, procedunt etiam in datione in solutum.

Quæritur iuxta prædicta, an retractus ius locum habeat in datione in solutum, vtputa si res in solutum creditor detur: Hac in re Bartholomæus à Cassanæo in Rurb. 10. §. 9. col. 1341. num. 5. versic. sed quaro, arbitratur locum non habere: quia ex quo statuta retractus de emptione & venditione loquuntur, ad alios contractus extendi non debent, prout his terminis firmat Speculat. intit. de emption. & vendition. §. 2. incipiente, nunc dicendum est, colum. 5. versic. sed pone, statutum est in aliquo loco, vt voluit etiam Decius in consil. 18. colum. 2. & Ias. in l. colum. 4. ff. de rerum permutat. & Albericus in l. 1. ff. de fundo dotal. & in l. peto. §. predium. ff. de legat. 2. & in l. parte statutorum. quæst. 88. & Guido Papa in quest. 257. in fin. Verum prædictis non obstantibus, subdit Cassanæus, prout in præcedenti quæstione diximus, decisionem huius conclusionis a voluntate seu necessitate procedere: Nam si necessaria sit, vtputa in casu subhastationis rerum pignorata-

rum, seu hypothecatarum, & tunc non viderius retractus de iure locum habere, vt voluit Roman. in consil. 107. circa id de quo queritur. Et ideo dixit Albericus de Rosate in 2. parte statutorum, in quæst. 206. & Bald. in cap. 1. in fin. in tit. de alienat. feudi. statuta † de venditione loquentia in datione in solutum procedere, vt voluit etiam Ioann. Fab. in l. si præ-dium. C. de euiction. & Castrensi. in consil. incipiente, super primum videtur dicendum. quod refert & sequitur Ludouicus Bologninus in consil. 25. colum. 4. Id autem intelligit Cassanæus verum esse, cum res æstimata in solutum datur, vt dixit Castrensi. in l. 1. C. de rerum permut. vbi tradit etiam Bald. & Salycet. addentes, quod vbi in contractu interuenit species non æstimata ex una parte, ex alia vero æstimata, esse contractum emptionis & venditionis. l. pretii. C. de re-sicin. vend. Et hæc pluribus confirmat Bologninus in d. consil. 25. & plenius in consil. 21. Et ideo ibi respondendo Speculo & Ioan. Andr. in loco suprarelativo, inquit: Illud, quod dicunt, procedere, quando in datione in solutum nec pretium, nec species æstimata, quæ pro pretio habetur: Secus autem vbi interuenit pretium, vtputa cum res alicui creditori pro aliqua summa in solutum datur: nam in eo casu emptio dicitur, dum adsit pretium. Et subdit cōprobari hanc conclusionem ea, quæ dixit Alex. in consil. 52. vol. 1. & Bald. in consil. 300. vol. 1. & Raph. Cumman. in consil. 29. quidam Florentinus, in fin. & rursus Alex. late disputat in d. consil. 52. vol. 1. & Fulgos. in consil. 134. col. 2. plura alia refert Bologninus. in d. consil. 21. in fin. & in specie decidit hanc questionem Ioan. de Plat. in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. & faciunt ea, quæ dicit Aret. in consil. 32. col. 2. versic. nec obstat. & in consil. 124. vers. con-eedo æquiparationem: Nam quicquid dicitur, aut statuitur in emptione: in datione in solutum locum habet, vt dicit Cynus, Bald. & Saly. in l. libera. C. de sen-tent. Immo dicit iterum Bald. in l. à Diuino Pio. §. si pi-gnora. ff. de re iudic. & ibi Alex. quemadmodum emptio & venditio sine pretio non valet. §. pretium. In-stit. de contrahend. empt. ita etim dationem in solutum non valere, & faciunt etiam ad prædicta ea, quæ dixit Castrensi. in consil. 16. & Imola in consil. 8. col. fin. versic. circa tempus.

C A P. IV.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum quatenus ven-ditione æquiparetur, & statutum de emptione, an in datione valeat.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum habet vim venditionis.
- 2 Datio in solutum extra judicialis producit actionem exempto.
- 3 Statutum loquens de contractu venditionis, non ha-bet locum in datione in solutum.
- 4 Datio in solutum comprehenditur à statuto loquen-te de alienatione.
- 5 Datio in solutum valeat pro pretio declarando, vt ven-ditio.
- 6 Statutum, ne alienetur in forensem, intelligitur et-iam ne detur in solutum.
- 7 Statutum de emptione loquens, in dationem in solu-tum locum non habet.

R 3

Quærunt

Querunt præterea Doctores: An datio in solutum emptionis & venditionis vim habeat? Et in primis nonnulli non habere voluerunt, vt inquit Paris. in consil. ii. num. 40. & 42. vol. i. & præsertim quando statuto aliquo, vel lege municipaliter disponitur, vt res æstimatae, vt supra etiam diximus, in solutum dentur, per text. de quo supra diximus, in l. pretii causa. C. de res. vend. & l. eleganter, in princ. vbi Castrens. ff. de pignor. act. vbi inquit Castrens. Inde optime probari dationem in solutum, vim emptionis & venditionis habere, vt est etiam text. in l. litis, ff. pro empt. & l. fin. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. & est text. in l. si predium, in fin. C. de euiction. dum ibi dicitur; Nam huiusmodi contractus venditionis vicem obtinet. Præterea quod datio in solutum sit similis venditioni, tenet idem Paris in consil. 100. num. 41. vol. i. & in consil. 81. num. 22. & nu. 32. vol. 2. & Bart. Cassan. in consil. ii. num. 57. addens, quod dominium transfert. & Corne. in consil. 166. num. 5. vol. 2. qui dicunt ex extra judiciali in solutum datione actionem exempto oriri, vt est expressum in d. l. si predium. C. de euiction. & in d. l. eleganter, in princ. ff. de pignor. action. Et ideo dicunt oriri emptionem & venditionem, prout cu res datur æstimata. l. vnic. §. extimatorum. C. derei vxor. action. & tradit gl. & sequuntur Doctores in l. si inter virum. C. de iure dori. Nam datio æstimationis litis titulum pro emptore producit, & ideo quædam emptio & venditio inde emanare videtur. d. l. litu extimatio. ff. pro empto. & facit text. in l. sed & sires. §. filius. ff. de publico. & in l. si propter res. ff. rerum amotar. Nec obstat inquit text. in l. libera quædam Theodora. C. de senten. Quæ contrarium probare videtur: dum in ea habetur, in casu quo res data in solutum euincitur primaæ actione agentum esse quia liberatio subsecuta non censetur: & ex consequenti, nec vendita res ipsa in solutum data: nec præmium conuersum in solutionem debitorum. Nam soluit gloss. quam communiter sequuntur Doct. duobus modis, primo, quando in solutum datur species pro specie. Tex. vero in d. l. eleganter. & in d. l. si predium. tunc locum habeant, cum species pro quantitate datur in solutum: plane tunc in dubio quædam venditio censetur, at secus in casu præcedenti: & ideo non inducitur liberatio, nisi res data in solutum accipientis omnino & vere fiat. Secundo vero modo respondent text. in d. l. libera, tunc locum habere cum species pro quantitate eo acto & conuento datur, vt non sequatur liberatio, nisi res in solutum data incouincibiliter, vt ipsi aiunt, accipientis fiat: Eo namque casu nullo modo emptionem & venditionem induci voluerunt. Hanc solutionem approbat Bart. & sequuntur alii Doct. eisdem in legibus, et si dicant diuinacionem continere: & ideo ad præcedentem refutari.

Præterea quod datio in solutum venditionis vim habeat, & dominium transferat, voluit etiam Bartholom. Cassan. in consil. ii. num. 57. & Imola in consil. 8. num. 7. dum expresse vult, dationem in solutum pro certa quadam quantitate vim emptionis & venditionis habere, prout voluit etiam Corne. in consil. 166. num. 5. vol. 2. Vbi ultra prædicta num. 6. inquit, Ex datione in solutum extra judiciali actionem oriri exempto, vt est expressum in d. l. si predium, C. de euiction. & in d. l. eleganter. Pater igitur ex præcedenti secunda responsione ad text. in d. l. libera. Doct. concludere in dubio non censeretur,

vt liberatio non sequatur, nisi res data in solutum omnino fiat accipientis, & in his terminis procedat opinio Alber. de Rosa. in tract. statuto. in 2. parte, q. 49. dum inquit, statutum prohibens venditionem in non subditum generaliter, in voluntaria alienatione locum habere, & ex consequenti in datione in solutum extra judiciali, quia non cogitur debitor suam villam speciem pro debito quantitatis in solutum dare. Sudent sane id verba in dationibus in solutum apponi consueta, quæ sunt huiusmodi, sponte, pure, libere. Cum igitur datio illa in solutum, sponte & libere facta sit, & nulla necessitate cogente, vt comprehendatur, dicendum videatur, & ita concludere videtur Alberi, in prima parte dicti tractatus, q. 88. Infert præterea Corne. in d. consil. 166. ad statutum generaliter disponens, usurarium remicj ab alio recognoscetem, rem recognitam seu ab alio acceptam, etiam quo ad ius illis in utili dominio competens, proprietario ignorante & non interpellato vendere non posse, & illud ad dationem quoque in solutum extendi arbitratur: ex quo venditionem rei recognitæ prædicto proprietario irrequisito prohibere appetet: quo fit, vt in tali casu ipsa in solutum datio sit ipso iure nulla, & præsertim cum ratio differentia inter dationem in solutum & venditionem non appareat. Et ideo ex identitate rationis, statutū loquens de venditione, ad 3 huiusmodi dationem in solutum extendendum videtur.

Præterea, quod datio in solutum emptionis & venditionis vim habeat, tradit Socin. iun. in consil. 47. nu. 9. vol. 2. Et id verissimum arbitratur, cum res pro pecunia debita in solutum datur, vt ipse ibi latius prosequitur, & in consil. 94. nu. 1. eodem vol. 2. & ibidem, num. 9. vbi declarat, quomodo id procedat: & idem Socin. iun. in consil. 129. num. 16. & 25. eodem vol. 2. & iterum Decius in d. consil. 586. num. 7. parte 4. vult, vt consuetudo venditionem inducens, aut de venditione loquens, in datione quoque in solutum procedat.

Rursus, & quod datio in solutum emptionis & venditionis vim habeat, voluit Bertran. in consil. 188. num. 1. & 4. vol. 2. & loquitur de bonis litellariis. & idem voluit Bald. in d. l. si predium, num. 1. C. de euiction. & Cardin. Alben. in l. si pupillorum. §. si prætor. num. 1. ff. de reb. eorum. per ea, que voluit Bertachi. in tract. de galbel. in 3. membro octaua partis. num. 6. & Alber. in tracta. statuto. in 2. parte, quest. II. & in 1. parte, quest. 10. alias 108. & Barba. in Rub. extra dreb. eccles. non alien. & Roman. in consil. 219. colum. 2. & Ruin. in consil. 134. num. 1. volum. 4. & iterum in consil. 136. num. 1. volum. 1. vbi vult, dationem & in solutum, etiam si fiat pro pretio declarando, subsistere, prout etiam & ipsa venditio. Item quod datio in solutum emptioni & venditioni comparetur, voluit Cephal. in consil. 98. num. 45. volum. 1. & iterum Cephal. in consil. 159. nu. 21. volum. 2. Et ideo ibidem, num. 20. versic. ultime maior, infert ad statutum Ferrariense sub Rub. de venden. & locan. rem diversis temporibus. quo disponit ut contractum in præjudicium primi emptoris non valere, etiam si ei traditio adhuc facta non sit. Et concludit, procedere & locum habere etiam in adjudicatione, si pro pecunia debita fiat, secus vero si pro specie. Præterea eandem conclusionem, quod adjudicatio vim emptionis & venditionis habeat, iterum tradit Cephal. in consilio 254. n. m. 8.

De Executionibus, Tractatus. §. 4. 199

num. 8. cum sequentibus, eod. volum. 2. & Fabianus de Monte, extendens etiam ad permutationem, in tract. de emptio. & venditio. in 2. quest. princ. sub num. 31. per text. in l. apud Celsum. §. de authoris. ff. de doli exceptio. & in l. sciendum. §. deinde ff. de edilit. edit. Vbi ille qui permittit loco emptoris habetur: nam litis aestimatio idem est, quod emptio & venditio. l. si seruus venditus, in princ. ff. de euict. & l. 3. ff. pro empto. & qui rei estimationem soluit, emere videtur. l. si proprietas ff. reijum amot. & est rex. in l. eius rei cum sequen. ff. de rei rendic. & declarat Dynus in c. in possessione, de regul. iur. in 6.

Præterea hanc conclusionem tenet Castren. in d. l. eleganter. num. 2. ff. de pigno. actio. & in consil. 326. numero 2. vol. 2. & Raphael Cumani. in consil. 29. num. 2. Et ideo vult, vt ille cui datum est præmium, vel quid aliud in solutum, de euictione teneatur. d. l. si præmium. C. de euict. & l. eleganter. ff. de pigno. actio. & sic tenetur haeres defendere cum effectu, curando ne euincatur. l. si plus §. mota, de euictio. Hanc conclusionem sequitur etiam Augustin. Berous in c. nulli, numero 28. extra de reb. eccl. non alien. inferens in eo casu, quo pignus datum fuit, ei qui emere prohibitus est, vt in casu l. inquorū. ff. de pign. creditori in solutum dari non possit. Ea ratione de qua supra sape diximus, quod adiudicatio, sive datio in solutum, quedam emptio censeantur, per ea quæ ibi deducit. Et ideo infert in eo casu pignus personæ non prohibite vendendum esse, vt ex eo creditum suum creditori solutatur, argum. l. 1. & 2. C. de distract. pign. & l. si conuenerit per torum. C. debit. vend. pign. imper. non pos. Et infert ad statutum prohibens forensim emere, vel quempiam forensi vendere. Item hanc conclusionem, quod datio in solutum venditioni, seu emptioni comparetur, firmat etiam Portius in consil. 55. num. 10. & inde etiam infert, quod si testator venditionem vel alienationem, donationem aut permutationem sub priuationis poena prohibeat: heredem, qui in solutum dat, in poenam incidere, proprie rea quod ille titulus venditioni comparetur: & ideo cum precepti testatoris transgressor videatur, in poenam priuationis incidisse ambigendum non est, l. filius fam. §. Diui, vbi Alex. Ias. & Ripa, num. 2. & 40. ff. de leg. & pariter idem tradit Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. ligna. §. 1. gl. 14. num. 1. & 2. & voluit etiam Afflict. in decis. 369. n. 1. & rursus Afflict. in decis. 368. n. 2. & Soc. iun. in consil. 50. n. 7. vol. 3.

Contrariam vero opinionem, quod scilicet datio in solutum non habeat vim emptionis & venditionis, tenet Rimin. in consil. 242. vers. ad secundum, cum seq. vol. 2. de statuto Mutinensi loquens: quo disponitur, t̄ nullum forensem rem aliquam emere posse: Et concludit, illud statutum in datione in solutum locum nō habere. Mouetur autem ex eo, quod verba statuti in propria significatione intelligi debet. l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest. Et ideo dicitur, quod vbi quis rem non habet titulo emptionis, sed dationis in solutum, et si large accipiendo emptio & venditio dici possit. d. l. libera. C. de senten. & interlocut. & l. 2. ff. pro empt. atamen proprie & vere dici nō potest: Quia aliquid est emptio, aliud datio in solutum. Et ideo dicit Spec. & sequitur Ioan. Andr. in tit. de empt. & vendit. vers. 5. nunc diendum, il. 2. & vers. 7 sed pone, statutum, &c. & quod statutum loquens t̄ de emptione, in datione in solutum locū non habeat: & ob id si res data euincatur utile ex empto actione

agendum sit, non autem directa, cum vete & proprie emptio non sit, firmare videntur d. l. si præmium. C. de euict. & notat Bal. in d. l. libera. & ideo Riminald. in consil. 353. num. 1. vol. 2. primum vult, aliud esse venditionem, secundum propriam rei significationem; aliud vero dationem in solutum, per tex. in d. l. libera. Vnde etiā infert, quod vbi à statuto quilibet alienatio permittitur excepta venditione: dationem in solutum propterea quod venditio non est, ab hismodi statuto non prohiberi.

C A P. V.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum capitur pro emptione, venditione, vbi large & proprie accipitur.

S U M M A R I A.

- 1 Datio in solutum proprio loco, ad solutionem non extenditur.
- 2 Iurisdictio vbi cuncte à statuto conceditur in contractu venditionis ad dationem in solutum non extenditur.

L Imitatur prima conclusio, t̄ quod datio in solutum habeat vim emptionis & venditionis, vbi cuncte large & proprie accipitur, propterea quod in eo casu statutum loquens de emptione & venditione, ad dationem in solutum non extenditur, vt voluit Specul. in tit. de emptio. & vendit. §. nunc diendum, vers. sed pone, statutum, vbi loquitur de iure congrui, vt supra diximus. & hanc declarationem tenuit Alex. in consil. 76. visis dubitationibus. col. 3. vol. 5. vbi alia adducit. Et ideo infert, t̄ quod vbi cuncte à statuto conceditur iurisdictio in contractu venditionis, eam ad dationem in solutum non extenditur. Et idem voluit Gozad. in consil. 90. n. 4. & ii. dum vult statutum, seu consuetudinem ad dationem in solutum non extendi, vt ibi late, & facit etiam illud, quod dixit Fulgosius in consil. 134. in questione versa, col. 2.

C A P. VI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

- 1 Usurarius contractus quod censeatur & in fraudem usurarum confectus ob modicatem pretii, & pactum de retrouendendo, non procedit in datione in solutum.

S Ecundo limitatur t̄ in dispositione c. ad nostrā, extra de emptio. & vendit. Nam illud, quod dicitur ibi, quod contractus venditionis simulatus censeatur, & in fraudem usurarū factus: accedentibus pretiis modicatis, & pacto de retrouendendo, in datione in solutum locum non habet; cum datio in solutum vera & directa venditio non sit: nam in vera emptione & venditio, præterquam q̄ contractus voluntarius est, pretiis quoq̄ numerationē requirit, id q̄ in datione in solutum non accedit. Et ideo dixit Fulgos. in loco supra relato, si id stante iure communi dicendum est, multo magis idem stante statuto de hoc disponente dicendum est, cum in eo multo strictius procedatur, & præsentim cū in ipsa in solutum datione authoritas iudicis interuenit, & sit aestimatio, iuxta formam à statuto traditam. Eo namque

casu omnis fraudis suspicio cessare videtur. d. l. 1. & ibi Bart. C. de præd. curia. lib. 10. Et ideo magis dicendum est, vbi disponunt statura, quempiam post annum molestia affici non posse. Quando igitur statutum iurisdictionem concedēs de contractu venditionis loquitur ad dationem in solutum extendi non debet, argum. l. doli clausula. ff. de verb. obligat. ne contrarietas resultet; quæ ab huiusmodi extensione protinuit: argum. c. inter dilectos. §. ceterum. extra de fide instrum. & notatur in t. cum tu, extra de testibus, cum similibus. Hanc præterea conclusionem sequitur Decius in consil. 308. num. 6. par. 2. Ex quo enim in huiusmodi datione in solutum pecuniae numeratio interuenire non solet, mutuum quod potissimum in emptione & venditione accidente pacto de retrouendendo consideratur, non præsumitur, nec attenditur.

C A P. VII.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum est pro emptione venditione, vbi datur species pro specie.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum non habet vim emptionis & venditionis, quando fit de specie ad speciem; secus si de specie ad quantitatem.
- 2 Statutum imponens gabellam emptionibus & venditionibus habet etiam locum in datione in solutum.

Tertio limitatur: † quando datio in solutum fit de specie ad speciem, utputa si species aliqua pro alia specie debita in solutum detur: secus vero si de specie ad quantitatem non præcedente estimatione, l. pretii causa. C. de rescind. vendit. & l. eleganter, in princ. vbi tradit etiam Castrensis. ff. de pigno. actio. & Decius in consil. 18. num. 3. parte 1. & Socin. iunior in consil. 47. num. 9. volum. 2. & in consil. 94. num. 1. & in consil. 129. num. 16. & 25. eod. vol. 2. & tradit Bart. in d. l. liber. C. de senten. Et ideo infertur ad illud, quod dicit Bertachi. in tract. de gabel. seu vectigal. in 3. memb. 8. partu princ. num. 9. dum querit, an statutum † gabellam emptionibus & venditionibus imponens, intelligatur etiam in dationibus in solutum locum habere, ita ut de illis quoque gabella solui debeat: Nam dum in eis vult locum habere, per ea que notantur in d. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eorum. & tradit Bart. in l. fin. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. & in d. litis. ff. pro empto. & iterum Bart. in l. 1. §. cum præmium. ff. de pigno. intelligitur cum species in solutum pro quantitate & summa debita datur, ut inquit Bart. in d. l. libera. de senten. Secus autem si species pro specie in solutum daretur. Propterea quod in eo casu, ex quo emptioni & venditioni non comparatur, non debet etiam gabella pro tali datione in solutum solui.

C A P. VIII.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum est pro citatione venditione in statuto, vbi datio est necessaria.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum cum est necessaria, statutum loquens de emptione & venditione procedit etiam in datione in solutum.
- 2 Gabellam solui de adjudicatione.
- 3 Statutum de contractu in quasi contractum non procedit.
- 4 Statutum de contractu loquens ad additionem non extenditur.

Quarto loco limitatur dicta conclusio in datione † in solutum necessaria: nam dicitur tunc necessaria alienatio: Et ideo in eo casu statutum disponens ne bona in exteros & aduenas seu, ut dicunt Doctores forenses alienentur: procedit etiam in datione in solutum, propterea quod eadem ratione in eosdem dationem in solutum transferri prohibitam esse intelligendum est, ut inquit Ioan. Port. in l. cetera. §. præmium, & ibi Rofred. ff. de lega. secundo, & facit text. in l. si præmium. C. de euictio. & in l. apud. Celsum. §. authoris. ff. de doli exceptio. & Bartol. in l. si quis aleam. ff. de solutio. & Cynus in d. libera. & Tiraquel. in tract. de retract. car. 103. num. 9. Et si, ut inquit eodem in loco Bertach. Specul. in d. §. nunc dicendum restat, vers. Sed pone statutum in tit. de contrahen. emplio. voluerit, statutum de emptione & venditione loquens in datione in solutum locum non habere, prout sequitur etiam Alexan. de Neuo in c. potuit, extra de locato. De adjudicatione † autem quæ fit in iudicio subdit Bertachi. ibid. num. 10. non solum existimare gabellam esse soluendam, quæ vi statuti pro cōtractu soluitur: ob id quod in iudicio quasi contrahatur. l. licet idem, & ibi Bar. ff. de pecul. & tradit Specul. in tit. de actore. versic. Quid si curator. & in tit. de feud. §. 2. versic. primo autem. Statutum † autem de contractu in quasi cōtractu locum non habet, hoc est factio, argumento l. 3. §. hac verba. ff. de negoc. gest. quod ex eo confirmatur, quod statutum † de contra. 4. Et si loquens ad additionem non extenditur, qua quasi contrahitur, ut voluerunt Bald. & Ang. in l. more, & in l. mutum. §. 1. ff. de acquir. hered. & iterum Bart. in l. apud Julianum. §. si. ff. ex quibus caus. in possess. eat.

C A P. IX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum non habet vim emptionis & venditionis, vbi verbum venditio, in aliqua materia prolatum est, in qua aliqua specialis alienandi forma tradita est: nā tunc alios casus alienationis non comprehendit, ut inquit Riminald. in consil. 353. num. II. volum. 2 per text. in d. l. final. in princ. C. de præd. decurio. lib. 10. & tradit etiam Alexan. in l. si finita. §. Julianus. num. 35. ff. de damn. infecto. & Bal. in cap. 1. in fin. tit. de alien. feudi. Et ideo dicunt text. in d. l. si. C. de iure emphyteu. non verbo tantum vendere: acquieuisse, sed verbum quoque transferre, addidisse. Vnde cum ibi specialis forma tradatur, merito verbum venditio, non potest ad dationem in solutum extendi, aliosue contratus. Et ideo haec limitatio ob varietatem statutorum diligenter ponderanda est: nam si formam ali-

Quinto limitatur, † vbiunque verbum, venditio, seu vendere, in aliqua materia prolatum est, in qua aliqua specialis alienandi forma tradita est: nā tunc alios casus alienationis non comprehendit, ut inquit Riminald. in consil. 353. num. II. volum. 2 per text. in d. l. final. in princ. C. de præd. decurio. lib. 10. & tradit etiam Alexan. in l. si finita. §. Julianus. num. 35. ff. de damn. infecto. & Bal. in cap. 1. in fin. tit. de alien. feudi. Et ideo dicunt text. in d. l. si. C. de iure emphyteu. non verbo tantum vendere: acquieuisse, sed verbum quoque transferre, addidisse. Vnde cum ibi specialis forma tradatur, merito verbum venditio, non potest ad dationem in solutum extendi, aliosue contratus. Et ideo haec limitatio ob varietatem statutorum diligenter ponderanda est: nam si formam ali-

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

201

aliquam particularem inducent, ad dationem in solutum non extendentur.

C A P. X.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Statuta facientia mentionem venditionis ad dationem in solutum non extenduntur, cum verbo premium, vtuntur.

2. Extō limitatur, tibiunque statuta verbo premium, vtuntur, propterea quod tunc additionem in solutum aliosue contractus, non extenduntur, ut inquit Riminald. in eodem consil. 353. num 21. volum. 2. & voluit gl. in d.l final. C. de pred. decur. lib. 10.

C A P. XI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Datio in solutum si pro maiori summa fiat quam debatur non subsistit.

2. Dationem tibi in solutum si fiat de maiori summa quam debetur, non subsistere certum est, ut late tradit Petri. Duennas in reg. 185. in 4. ampl. dum vult, ut si causa sit pro parte falsa, in totum vitietur decretum, ut dixit Bart. quem ibi & alibi alii sequuntur in l. si non sortem. §. si centum, num. 5. ff. de condic. indeb. & Bal. in Margarita. in verbo, decretum, quest. 2. & Roman. in consil. 454. num. 12. & Decius in consil. 403. num. 20. & Ruin. in consil. 160. num. 27. volum. 2. & Paris. in consil. 100. num. 31. & 35. volum. 1. Ratio autem est, quia sententia indiuidua est. l. in hoc iudicio. ff. famili erit. & in indiuiduis utile p. inutile viciatur. l. i. §. item queritur. & in §. item Trebat. ff. de aqua quotid. & aestuia & l. Grece. §. illud. ff. de fideiuss. Et ideo concludunt, rei adjudicationem pro maiori summa quam debeatur non subsistere. & idem firmavit Socin. in d.l. si non sortem. §. si centum. num. 4. & Ang. ibid. num. 1. & Curt. iun. in consil. 170. num. 3. & Hippol. Marfil. in l. si. num. 46. ff. de iurisdict. omn. iudic. cu. alius, quos ibi refert. & num. 47. & Fulgosius in consil. 172. viro processu. num. 3. per ea que notantur in l. si quos. C. de resend. vendit & in l. i. C. de fide instrum. & iure hacte fiscal. lib. 10. & voluit Ioan. Crot. in l. i. §. eadem autem, num. 20 ff. de verb. oblig. & And. Alciat. in l. i. §. sed & si mibi, num. 30. ff. de verb. oblig. & Cephal. in consil. 198. num. 1. vol. 2. & Ruin. in consil. 136. num. 5. volum. 1. vbi inquit communem esse omnium opinionem & iterum Ruinus in consil. 145. num. 7. & 8. verific. & preterea, volum. 4. & in consil. 160. num. 25. vol. 2. & in consil. 17. num. 6. vol. 5. & Egidius Boſi. in tit. de datio. in solut. que sunt à credit. ſiſti ex bonis publicatis.

C A P. XII.

A R G U M E N T U M.

Plus petitur per illum cui cōpenſari potest, & de obligatione eius qui per exceptionem saluus est.

S V M M A R I A.

1. Plus petere dicuntur ille, cui obstat exceptio compensationis.

2. Obligatus non est, qui exceptionem habet.

PLus t̄ etiam petere quam sibi debatur dicitur ille, cui obstat exceptio compensationis, ita ut datio in solutum non valeat ut inquit Ruin. in d. consil. 160. num. 26. volum. 2. Ratio est: quia ille cui obstat exceptio compensationis, verus creditor non est: & ideo iudicis decretum tanquam ex falsa causa interpositum nullum est. l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicommiss. liber. Et dixit Bar. in d.l. Fulcinius. §. 2. ff. ex quibus caus. in possess. eat. dum ibi querit de auctore in possessionem misso, & facta sit venditio occasione alicuius debiti, cui obstat exceptio: An tunc venditio subsistat. & refert Iac. de Arena, ut venditio non valeat voluisse, propterea quod nō dicitur obligatus, t̄ qui exceptionem habet. l. vel obligatus. ff. de liber. cau. 2. Et ideo venditio ob falso debitum non valeat. l. i. §. hac verba. ff. ne vi sit ei. & hoc probat Bar. in d.l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicommiss. liber. & notat Cygnus in l. properandum. §. finalem reus. C. de iudic. & in l. consentaneum. C. queno. & quando iudex & idem voluit Alex. in d.l. si finita. §. Julianus. ff. de danno infecto. inſi. dum ait quod licet post adjudicationē factam creditori ex secundo decreto reus amplius non audiatur, id tamen quando creditori obstat exceptio, locum non habet, propterea quod tunc adjudicatio non subsistit, ut dixit Bar. in loco supra relato. Et licet prædicti quando creditori pro toto debito obstat exceptio loqui videantur: Idem tamē est: si pro parte tantum obstat: nam detretum etiam partim ex vera, & partim ex falsa causa nullum est penitus & in totum, prout supra diximus, per ea quae voluerunt Bart. Castren. & alii in d.l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. indeb. & refert Ruin. in d. consil. 160. n. 27. vol. 2. His stantibus dubitatum fuit, An id absolute verum sit in datione in solutum judiciali tātum, & locum habeat, ita ut adjudicatio facta à Iudice de pluri quam sit summa debita non subsistat, securi si fiat à parte parti. Et quamplures de datione in solutum seu adjudicatione iudicaria intelligendum esse voluerunt, ut habetur in l. i. §. hac verba. ff. ne vi sit ei. & tradit Bal. in l. certi condic. §. quoniam. num. 3. ff. si cert. pet. securi autem si à parte parti, per tex. in d.l. si non sortem. §. si centum. & tenuit Alex. in l. iuste possidet, vbi Dd. ff. de acq. poss. & Bal. in consil. 223. num. 1. & 2. vol. 2. & ita fuſſe olim iudicatum attestatur Matth. Afflict. in decis. 218. num. 3. & 4. Hanc quoque conclusionem sequitur Aret. & Socin. in d.l. certi condic. §. quoniam. ff. si cert. pet. & Ias. in d.l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. indeb. & Dec. in d.l. cum amplius. ff. dereg. iur. & Alciat. in l. i. §. sed & si mibi. ff. de verb. oblig. Etsi Tiraquel. in tract. de retract. in tit. de retract. ligniagier. §. 23. gl. 1. n. 24. dicat multos ex illis, quos supra retulimus, loquuntur in datione in solutum judiciali, quam in conventionali, facta à debitore creditori. Et ideo Curt. in tract. de feud. sequitur illam opinionem, ut in quilibet in solutū datione, videlicet tā judiciali quam conventionali, si fiat de maiori summa quam debatur, non valeat, dū inquit posito ut valeat infidelatio in eo, in quo consuetudo exceditur, an saltem vſq; ad terminos consuetudinis subsistat, ut late ipſe idem prosequitur, num. 10. & Ias. in d.l. si non sortem. §. si centum. num. 1. & Petrus Antonius Anguscio. in consil. 34. num. 2. lib. 3. Nam ad hoc ut bona debitoris vendi possint, de debito constare debet, l. hereditarium. rbi gl. & Bar. ff. de bon. author. indic. possid. Præterea hanc conclusionem firmat etiam Roland. à Vakle in consil. 7. num. 87. volum. 3. & Paris. in consil. 89. num. 68,

num. 68. vol. 1. & in consil. 98. num. 16. eod. vol. & Alciat. in tract. de presumptio. regula 10. in 3. parte, & Capit. in decis. si. in prino. & Ias. in l. si is, ad quem ff. de acq. hered. & Curt. in l. antepenult. colum. si. C. qui admit. & in consil. 170. num. 2. & Tiraquel. in tract. de retract. in tit. de retract. lignia. §. 23 gl. 1. num. 23. & Castr. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. col. 2. vers. quid autem si ipse debitor ff. dere iud. & ibidem Alex. colum. 5. versic. circa hoc querit Bar. & Ias. ibidem. col. 2. vers. secundo ex isto tex. & Alex. in l. §. penult. col. 2. ff. de verb. oblig.

Ampliatur hæc conclusio, si petitio excedat debitum in minimâ parte, ut voluit Are. in d. l. certi condic. §. quoniam. ff. si cert. pet. vbi etiam Soc. col. si. & Decius in l. in 3. not. ff. si cer. pet. vbi Bal. dicit pro hac conclusione consuluisse; & vere consuluit, vt habetur in consil. 496. tenor literarum, col. 3. vers. sed hic occurrit, vol. 1. & rursus idem volunt Bald. in c. quoniam. §. si autem, col. 1. vers. sed quid si missio, extra vt lite non contestata, & Fulgos. in consil. 137. quia ex facto ius oritur, in 1. dubio. & in consil. 172. viso processu, col. 2. vers. hoc itaq. recepto. & in consil. 190. viso toto, col. 2. versic. nec quemquam moueat. & Raph. Cum in d. l. iuste possidet ff. de acq. posseff. & Roman. Castr. Alex. & Ias. in l. 1. §. sed si mihi vbi etiam Alciat. num. 22. ff. de verb. oblig. & iterum Roman. in l. si is ad quem ff. de acquir. hered. & in consil. 450. præsens dubitatio, in si. & in consil. 454. in re præsentii. col. 3. & Flor. in l. in hoc iudicio, col. 1. ff. famil. ericiscun. vbi inquit Bar. ita interroganti respondisse. & Castr. in l. si quis alia, col. 2. vers. ad quartum casum ff. de solutio. dū inquit hœ esse singulare. & in consil. 175. visis & ponderatis, col. si. vol. 2. & Stephan. Bertran. in consil. 269. viso processu. num. 9. & 10. vol. 3. & Socin. in consil. 82. in causa. paulo ante finem, vol. 3. & Decius in consil. 403. quamvis in casu, col. 5. & in consil. 587. coram Magnificis. col. 2. & Matth. Afflit. in decis. 228. petita non semel. & iterum in decis. 358. in causa. in fin. & Paris. iterum in consil. 81. num. 24. 25. & 26. & 34. volum. 2.

Sed redeundo ad primam conclusionem, quæ sit in iterum Alex. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. indeb. quid dicendum sit, si res data in solutum excedat summam debitam ob id, quod in aestimatione erratum sit. Et dixit distinguendo, ut supra quod aut datum fuit in solutum à parte parti: & tunc subsistat, & nihil repetatur, quia tanti rem suam estimare videtur, argum. l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. 2. Aut à iudice, & tunc recurrendum esse arbitratur ad l. si. C. de iure domi. impetr. & de hoc inquit Alex. tractasse in d. l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. dere iud. & idem tenet Alex. in l. 1. §. sed si mihi. num. 3. ff. de verb. oblig.

Verum si res in solutum data sit inioris aestimationis quam summa, pro qua data est: an in eo casu datio ipsa pereat, vel subsistat? Alex. in d. l. si finita. §. si centum. refert se ad tex. in d. l. à Diuo Pio §. si pignora. ff. dere iud. & ad ea, quæ notat Bal. in l. ordo. ff. de exceptio. rei iudic. & Ruin. in consil. 160. num. 25. vol. 2. & in consil. 145. n. 5. vol. 4. & tenendo quod tenuta nō corrueat, respondet illud quod dixit Bar. in l. quamvis. ff. de solutio. dum præsupponere videtur quod si vxori detur in solutum res maioris pretii quam sit dōs, vt valeat datio ab initio, si facta sit soluto matrimonio. Et respondet Bar. loqui quando in summa, doris debita non est erratum, sed in aestimatione rei, vt quia maioris aestimationis est res quā dōs fuit, tamē data pro summa dōtis. Nam tūc inquit in totū nō vitari dationē sed valere, aut in totū, vel saltē pro rata, si à sciente facta sit, quia videtur donasse vt dixit Castr. &

alii in d. §. si centum, & probatur in l. fi. C. de iure dōt. il 2. respondet Bar. loqui quando scienter debitor pro maiori summa quam esset debita, rem in solutum dedit, quia illud plus tunc videtur dedisse animo donādi secundum Bar. in l. quamvis. ff. de solutio. Nam tunc datio in solutum ex vna tantum causa facta fuit hoc est partim ex causa donationis, & partim ex causa dotis, merito valeat datio in totū, & in hoc casu scilicet si facta fuit promissio vel datio à sciente, & quando de hoc constabat intelligitur d. l. si diuortio. ff. de verb. oblig. vt dixit Alexan. in d. §. si centum, cum ibi notatis a Bar. qui loquitur quando in summa debiti fuit erratum, vt quia debitor credebat ad plus teneri, & erat obligatus ad minus, & sic pro pluri & maiori quantitate, quam teneretur, per errorem dedit rem in solutum. In dubio autē præsumitur dationem per errorem factam esse, quando ille qui dat, tractat de damno & aduersarius de lucro, vt in casu d. l. si diuortio.

Limitatur præcedens conclusio, quod si datio in solutū fiat ad petitionem debitum excedentem, vt inquit Petrus Duennas in d. regul. 385. in ampliatione, si res alicui adjudicetur tam ratione sui crediti, quam fratri, cuius mandatum non habeat: nam in eo casu quatenus creditum suum amplectitur subsistit, vt concludit Bal. in d. l. ordo, num. 17. C. de execuc. rei iudic. quem sequitur Decius in d. l. cum amplius, num. 3. versic. tertio limitatur. ff. de reg. iur.

Secundo limitatur dicta conclusio, vt non procedat si datio in solutū vi definitiæ sententiae condemnatoriæ sit. Et ratio est, quia talis sententia de indebito debitum facit. l. 1. C. de condic. indeb. Et ideo infert, quod nisi instrumentum exequendum pro summa in eo contenta pronunciatum fuerit, & pignora in solutum concedantur: & tunc pignora in solutum dantur, quia pronunciatio verum debitum irretractabile facit, & ita inquit Soc. voluisse ibide plerosq. recentiores, referentes Bal. in l. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Illud præterea silentio in quo inveniendum non est, hanc conclusionem, vt scilicet datio in solutum ultra summam debitam non valeat: & si corrueat duos tamē effectus parere, quorum primus ille est, quod rei dominium integrum trāfertur: Quod sane inde appetit quod indebiti condicō datur. §. si itaq. insit. de actio. Secundus autē effectus est, quod pro vero debito creditor bona in solutum data retinere potest, dummodo illud plus quod excedit soluat iuxta text. in l. si. col. 2. C. de iure domi. impetra. Ad quam Alex. & Paul. Castr. in d. §. si centum. se referunt. & de hoc tradit gl. in d. l. si non sortem. §. si centum. Id autem limitatur, si res ad aliquem cum vitio deuenerit, præterea quod tunc nullo modo pro debito retinere potest l. si quis in tantam, & l. in uasor. C. vnde vi. & l. si non iuncta, vbi tradit etiam Bart. C. in quibus cauf. pign. tacite contrah. & l. 1. §. rediguntur. ff. quorum legat.

Tertio loco principaliter limitatur dicta conclusio, quando legitime constat de credito: nam tunc adjudicatio nulla dici non debet, præterea quod cum de tali credito publico instrumento vere & manifeste constet. l. precib. C. de proba. & l. desiderium. C. depos. Cum igitur eo tempore, quo res vel bona in solutū data fuerūt, fuerint pro certa summa in ipso instrumento declarata & expresse data; & ex consequenti datio in solutum pro summa debita, non autem pro maiore: merito vt in hoc casu subsistat, dicendum est. Hanc conclusionem sequuntur Purpuratus

ratus & Ripa in l. admonendi ff. de iure iuri. videlicet Purpuratus n. 295. & Ripa, n. 125. Nec obstat dicunt, si summa scripta in libro debitoris repugnet summæ instrumenti, vel variet ex aliqua parte, propterea quod stante communis conclusione, ut libris in suorum scribentis non creditur. I. rationes, & I. exemplo. C. de probat, cum vulgarib. & id etiam quod aliquæ ex rationibus vel (ut aiunt vulgo) partitis cum instrumento conuenient, ut dixit Castr. in conf. 301. vol. 1. quoniam contra Castrensem tenuerunt Ripa & Purpuratus in locis supra paulo ante relatis. Ratio autem est, quia facillime daretur ad delinquendum occasio, cum possint veris multa falsa in probationibus faciliter admisceri, ut eo in loco inquit Purpuratus. Nec (si recte animaduertatur) nullus erit rationum liber, cuius aliqua pars vetescari ac iustificari non possit. Accedat etiam quod in eo casu libro rationum proscribente fides adhiberetur, contra text. in d.l. exemplo, cum aliis concordantib. Decias tamen has varias opiniones hunc in modum concordare conatur in l. 1. C. de eden. & in c. 2. extra de probat. Nam inter connexa & non cōnexa distinguendum arbitratur. Hanc præcedentem conclusionem limitat Ceph. in d. conf. 198. n. 1. cum seq. vol. 2. si fortasse tempore ipsius dationis in solutum creditum ipsius perentis liquidum non sit, sed ad eius liquidationem alii admiculis & suffragiis opus erat: Et ideo in eo casu compensatione fieri non potuerit, nec ex consequenti creditum liquidum & manifestum minui. in l. fin. C. de compens. Nam alioquin creditum aduersarii compensari potuisse: & ideo in solutum datio debitam sumam excederet contra predicta. Verum vbi cum compensationis exceptio opposita, creditum peritum ad creditum aduersarii diminutum non dicitur. Et ideo non solum non compensatum, sed nec etiam in compensatione deductum. Et ideo cum in eo casu plus debito petitur non videatur, merito quod datio ipsa in solutum subsistat, dubitandum non est. Compensatione namque ipso iure non sit, sed opponi debet, & ut fiat peti. I. si constat, ubi etiam Doct. C. de compens. & tradunt Doct. in §. bonafidei, & in §. in compensationib. Inst. de act. Id autem multo magis, cum iniurium o crediti accessit iusurandum, locum habet, propterea quod compensationis exceptio obici non potest, ut dixit Matth. Affid. attestans de communis opinione, in decif. 381. & alibi voluerunt Dd. Præterea tunc etiam non procedet, cum talis exceptio altiore in indaginem exigeret, propterea quod cum tunc admittenda non sit, pariter etiam an plus debito peritum sit, incertum est. Et ideo datio in solutum ex eo capitale infringere non potest, nec debet. d. l. fi. & tradit Rom. in conf. 76. n. 3. Verum conclusio quam Ceph. substituere conatur, non caret difficultate, & ideo cogitandum relinquo.

CAP. XIII.
ARGUMENTUM
Datio in solutum à iudice facta non subsistit, ubi plus datur quam debetur.
S V M M A R I A.

I. Datio in solutum facta à iudice pro maiori summa debetur, non tenetur nec subsistit, etiam in parte de summa debita.

- 2 Interlocutoria ex falsa causa interposita nullius est momenti. (nulla est.)
- 3 Sententia interlocutoria ex falsa causa interposita
- 4 Suspectum aliquem de fuga iurans in maiori quantitate & procurans carcerari captus relaxandus est;

Quoniam ut supra diximus, datio in solutum executionis species est, nonnullæ species recentendæ sunt, in quibus datio ipsa in solutum non subsistit: Ut inde intelligatur, in quibus casibus huiusmodi executio locum habeat. Primus igitur casus est, loquendo de iudicaria in solutum datione, cum plus à iudice quam debitum sit in solutum datur: id quod tunc accidit, cum creditor plusquam sibi debeat, ut in solutum sibi dari petat: ea enim pro maiori summa quam creditori debeatur in solutum datio, ipso iure nulla est, ut inquit Bar. & sequitur alii, in l. fin. non sortem. §. si certum ff. de cond. & demon. & Bal. in l. certi conditio. §. quoniam ff. si cert. pet. & Decius in conf. 403. n. 2. par. 3. inquiens id generaliter in Iudicium decretis procedere, & idem voluit Ruin. in conf. 57. n. 3. vol. 5. & rursus Ruin. in conf. 17. n. 6. eod. vol. 5. & in conf. 60. n. 25. vol. 2. & Cephal. in conf. 198. n. 1. vol. 2. Item quod sit nulla propterea, & in totum, tenet etiam H. p. Marsil. in l. fin. 46 ff. de iuri d. omn. iudic. inquisiens idem voluisse Bal. in conf. 436. viso t. sciamto, ubi Rub. de debito, & c. vol. 6. Et proceedit etiam si huiusmodi dationis in solutum decretum partim ob verum, partim ob falsum debitum interpositum sit. Ratio autem est, quia decreta sunt iudicata, ut notat Bal. in l. certi conditio. §. quoniam, col. 4. vers. secundus si iudex ff. si cert. pet. & sequitur Rom. in conf. 454. in re praesenti, col. 2. vers. Quinimo. & Fulg. in conf. 136. quia ex facto, col. 2. in l. fin. Item quod propterea & in qualibet parte corrut, voluit etiam Curt. iun. in conf. 70. n. 3. & iterum Ruin. in conf. 136. n. 5. vol. 1. Quandoquidem datio t. in solutum sententia interlocutoria est, non definitiva, cum lite contestata non proferatur, ut inquit Fulg. in d. conf. 136. n. 1. sine qua ad definitiū sententiam deueniri non potest. l. fin. §. illud. C. de tempor. app. & c. quoniam frequenter extra ut lite non contesta. Sed sicut est, quod sententia t. interlocutoria ex falsa causa interposta, nulla est, l. fin. §. hei verb. ff. ne via fiat ei. & l. tam vero. §. subuentum ff. de fiduci commiss. libert. & car. magis puto. §. manet ff. de reb. ororum, quis ab tutela. & Putinius. §. si quis possederit ff. ex quibus caus. in possess. eatur ubi notat Bar. Preterea quod penitus nulla sit, firmitat Laurent. Calc. in conf. 77. n. 33. & Ceph. in conf. 47. n. 45. vol. 1. & iterum idem voluit Dec. in l. cum amplius in prim. ff. der. iur. & ideo dixit Bal. in d. conf. 436. ut res. Marsil. in d. l. fin. q. si aliquis t. quempiam suspectum de fuga in maiori summa, quam vere & realiter sit debitor, & ideo in carcerem duci proceret, tunc huiusmodi captum relaxandum esse. Et id diligenter adnotandum est, cu possum quotidie accidere, ut quis aliquis maioris quantitatis de fuga suspectum ideo iuret, ut id sibi facilius concedatur. Præterea hanc conclusiōnē, ut in totū videtur & corriat, firmat Alex. in l. 1. §. sed & simili, n. 3. de verb. obl. & iterum firmat Frantis. Curt. in tract. feud. in b. q. prim. secunda partis prim. n. 14. & motetum eadem ratione q. iudicis decretū iudicium interueniat. Et idem q. in totū annuletur, voluit Ias. in d. l. si non sorti. §. censem. n. 1. & 2. & Rol. a Valle in conf. 7. in 87. vol. 3. & Iraq. in tract. de utroq. retract. in tit. de retract. lignia. §. 23. gl. 1. n. 23. & Petrus Ant. Anguisciola in conf. 34. n. 1. & Petrus Rebus in tract. de liter. oblig. in l. art. gl. 12. n. 4.

C A P. XIV.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum à iudice nō subsistit, vbi summa per compensationem aut alias imminuitur.

S U M M A R I A.

- 1 Datio in solutum facta pro maiori summa quam sit debitum, non tenet, si repugnet aliqua exceptio, quæ debitum minuat.
- 2 Venditio facta occasione debiti, cui obstat exceptio, an valeat.
- 3 Venditio facta ob falsum debitum, non valet.
- 4 Reus post adiudicationem factam creditori ex secundo decreto, an amplius audiatur, & quando.

Ampliatur præcedens conclusio, vt scilicet datio t̄ in solutum pro maiori summa quam debita sit, non subsistat, si debito cuius causa iudex in solutum dedit, aliqua obstat exceptio, quæ debitum minuat, vt puta compensationis: & si non in totum, sed pro aliqua parte fiat compensatio, quandoquidem quis pro ea parte compensanda obligatus dici non potest, & ideo cū adiudicatio pro causa partim vera, & partim falsa facta appareat, nullo modo valere potest, vt voluit Bar. in d. l. si non sortem. §. si centum, n. 9. ff. de condic. indeb. & tradit Ruin. in conf. 160. num. 26. & 27. vol. 2. per tex. in l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideic. liber. & voluit Bar. in l. Fulcinus. §. 2. ff. ex quib. caus. in poss. ext. dum querit, quid respondendum sit, si actor in possessionem missus sit, & venditio t̄ debiti causa: cui exceptio resisteat, facta sit: an valeat talis venditio. Et subdit Jacob. ab Arcena. indistincte tenuisse, huiusmodi venditione non valere. Et ratio est, quia ille non dicitur obligatus, qui exceptionem habet, l. vel obligatis. ff. de liber. caus. §. 4. Et ideo venditio t̄ ob falsum debitum à iudice facta non valet. l. 1. §. hac verba. ff. ne viu fiat ei. & hoc inquit probare Bar. pertex. in d. l. cum vero. subuentum, & per ea que. notat Cyn. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & idem tenet Alex. in d. l. si finita. §. Julianus. in vlt. verbis ff. de dan. infec. inquiens quod licet post adiudicationem factam creditori ex secundo decreto: reus tamplius audiendus non sit, id tamē locum non habet, cum creditori obstat exceptio, propter ea quod in eo casu adiudicatio non subsistit, vt notat Bar. eodem in loco. Et quamvis prædicti loqui videantur, quando creditori ad integrum creditum exceptio resisteat & obiicitur, idem ramen si pro aliqua parte repugnet & obiiciatur, dicendum est: cum vt supra sepe diximus, decretum interpositum partim ex vera, & partim ex falsa causa, in totum corrūat, vt voluit Bar. & sequuntur Paul. Castr. & alii in d. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. indeb. vbi expresse volunt, in solutum dationem pro rorsus & in totum nullam esse, si summa, pro qua facta est, etiam pro parte aliqua debita non sit, vt late tradit ibi Felin. ad quem me refero.

C A P. XV.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum pro maiori quantitate quam sit

debitum à parte parti, hoc est à debitore creditori, subsistit.

Limitatur præcedens conclusio generalis, t̄ & dicitur non procedere in datione in solutum, quæ fit à parte parti, hoc est à debitore creditori, propterea quod ea etiam si pro summa debitum excedente data sit, subsistit, dummodo tamen debitor huiusmodi excessum non ignoret. Ratio autem est, quia illud plus in quo excedit, donare voluisse censetur, vt ait Bart. in d. l. quamvis. ff. de solutio. tum etiam quia datio in solutum in eo casu ab eadem causa descendere videtur, & ea quidem vera, licet in duas distinguantur, videlicet partim ex causa debiti, & partim ex causa donationis: Et ideo mirum non est, si in eo casu datio in solutum omnino & in totum subsistit, si à sciente fiat, & de ea constet. d. l. si diuortio. ff. de verb. oblig. Et tradit Alex. in d. 5. centū. dum vult, illum tex. procedere, vbi in summa debiti erratū sit, vt puta si forte debitor ad maiorem summam teneri censuerit, quam esset obligatus, & ideo pro maiori summa quam esset obligatus, errans dederit. Hanc conclusionem tenuit etiam Castr. & sequuntur recentiores in d. l. si centum, & probatur in l. fin. C. de iure domin. impetr. & tradit Ruin. in d. confil. 136. & Paris. in conf. 81. num. 36. vol. 2. qui ex eo etiā mouetur, quod debitor rem suam tanti aestimasse videatur. & rursus idem inquit voluisse Paul. Castr. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. colum. 2. vers. quid autem si ipse debitor. ff. de re iudic. inquiens huiusmodi in solutum dationem valere, etiam si res in solutum data longe maioris aestimationis sit. Nam in eo casu debitori, qui ita dedit, imputandum est: & hanc conclusionem sequitur ibidem Alexan. colum. 5. vers. circa hoc querit Bar. & Ias. ibidem, colum. 2. vers. secundo existo tex. & rursus Alex. in l. 1. §. penult. col. 2. ff. de verb. oblig. Nec in donatione in solutum, quæ fit à debitore creditori, valet ratio supra deduceta de decreti individualitate, ex quo inter partes ipsas contrahentes decretum necessarium non est, vt inquit Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. num. 30. ff. de verb. oblig. Contrariam vero opinionem, siue in solutum detur à parte parti, siue à iudice, tenet Ruin. in confil. 17. num. 6. volum. 5. & in confil. 160. num. 25. vol. 2. & Cephal. in confil. 198. num. 1. volum. 2

C A P. XVI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum pro maiori summa quam sit debitum, non annullatur, quando ille, qui dedit fundum, partem datus non erat.

Secundo limitatur præcedens conclusio, t̄ quando ille, qui fundum dedit in solutum pro minori summa, quam sit debitum, partem datus non fuisset, vt puta si illum cum alio communem habere noluerit, vt inquit Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. num. 30. ff. de verb. oblig.

C A P. XVII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum pignoris cōventionalis, etiam quod sit pluris quam debitum, substituitur.

Tertio

Tertio limitatur † in pignore conuentionali, ut inquit Alciat. in dicta l. prima. §. sed & si mihi num. 30. ea ratione, quod ibi decretum diuiduum ratione personarum esse non potest. l. de rnoquoz. ff. de re iudic. & voluit Bald. in Lordo, quastio. penult. C. de exceptio. rei iudic. & hac de re refert se ad ea, quae dixit Alex. in l. iusle possidet. ff. de acquiren. posses. cum concordantibus ab eo adductis.

C A P. XVIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

I Datio in solutum, quæ excedit debitum, quia fuit erratum in estimatione, an subsistat & valeat.

Quæritur stantibus prædictis, † an si detur aliquid in solutum, quod excedat debitum: non quia fuerit plus debito petitum, sed quia in æstimatione erratum sit: Et in hac dubitatione, vt datio ipsa in solutum valeat, dicendum est, vt inquit Bossius in tract. criminis. in tit. de datione in solutum, num. 1. vbi expresse, prout etiam alij concludunt, facit illam differentiam, an creditor plus petierit quam sibi debeatur, & ideo plusquam sit debitum in solutum datum sit, vel in ipsa æstimatione sit erratum: quia fortasse utilius res fuerit æstimata. Et ideo inspecta tali æstimatione plus debito solutum sit. In primo enim casu dationem ipsam in solutum nullam esse existimat, si etiam in minimo quadrante excedat: in secundo vero nequaquam: sed quatenus æstimatio ad debitum ascendit, subsistat: quatenus vero excedit, repeti possit, sed habeat creditor soluendo illud, in quo excedit facultatem retinendi rem in solutum datam, iuxta l. fina. colum. 2. C. de iure dom. impetrant ad quam Alex. & Castrensis in dicto §. si centum, se referunt. Petrus autem Rebiffus in tracta. de liter. obligatio. in primo artic. glos. 12. num. 4. econtra voluit, vt si iudex det fundum maioris pretii in solutum: pro minori pretio quā sit debitum, etiam pro rata non extinguatur, sed corruat ipsa in solutum datio per ea, quæ ibi deducit, & voluerunt Bartol. l. as. in dicta l. si non sortem. §. centum. ff. de condic. indeb. Et Decius in consil. 403. quamuis, num. 21. & in l. cum amplius. ff. de regul. iur. vbi, vt supra vidimus, limitat in venditione facta a creditore pignoris conuentionalis virtute potestatis illi concessæ in instrumento. Nam in eo casu licet vendat rem excedentem eius creditum, venditio non retractatur: sed quicquid pretij excedit suum creditum, debitori restitui debet. l. si in aliquo. C. de distractio. pigno. & l. quamuis. §. fina. ff. de pigno. actio. Nec refert, quod iudex in tali casu consentiat, & suum decretum interponat, quia tunc pignus prætorium non dicetur, sed conuentionale: & ideo data in solutum datio nō vitabitur, tanquam pignoris conuentionalis venditio sit, vt notat Bart. in l. creditores, in si. C. de pigno. Et ideo non habet locum text. in d. §. si centum, & in d.l. cum amplius. Concludit igitur Rebiffus eodem in loco, prout dicebat etiam Aegidius Bossius eo in loco, quod quando erratum est in summa debiti principalis: vtputa quia triginta forte de bebantur: & res ascenderet ad premium quadraginta vel quinquaginta data fuit: at secus si in æstimatione rei in solutum data erratum sit: vtputa si debeatetur centū, & res data in solutum est pretij

centum quinquaginta: tunc enim datio in solutum, vt diximus, pro summa vere debita substinetur: residuum vero repetitur, vt notat Bald. per illum text. in l. fin. col. 2. versi. item pignus. C. de iure domin. impetr. & notat Alex. post Castren. in d. §. si centum. & idem Bald. rursus in cap. frequenter. §. sin autem, extra vt lite non contesta. & Alex. in l. i. §. penult. ff. de verb. oblig. Procedet igitur text. in d. l. si centem, si mihi centum debeantur, & res mihi pro maiori summa in solutum data fuit, vt puta pro centum viginti vel triginta, & consequenti plus mihi quam deberetur, datum fuit: Secus vero si plus petitum non sit, quam debeatur, sed res maioris æstimationis adiudicata sit, tunc enim adiudicatio & datio in solutum subsistunt: & si illud, in quo excessum est, restituatur. Verum quia Petrus ipse Rebiffus contra prædicta videtur hanc conclusionem extendere ad eum casum, in quo iudex suo decreto fundum maioris estimationis pro minori dat, & vult vt debitū etiam pro ea rata non extinguitur, sed datio ipsa in solutum vitietur. d. l. si non sortem. §. si centum. Merito cōcordando opiniones inquit ibidem, num. 5. prædicta intelligere, cum debitor quis sit certum aureorum, habeatque rem, vel fundum illam summam continentem: Verum non obstante illa summarum paritate & æqualitate, aliam rem maioris æstimationis creditor ipse in solutū acciperet, nam tunc excedere diceretur: Secus vero si duæ tantum res extarent, alia octuaginta aureorum, & alia quinquaginta, vel una tantum ducentorum aureorum: nam in eo casu licet illæ duæ res simul iunctæ debitum excedant, vel illa sola ducentorum aureorum, in solutum tamen capi posse. vt inquit gloss. in authen. & qui iurat, in versic. iuxta mensuram. C. de bonis author. iudic. possid. & voluit Florian. in l. quemadmodum. §. magistratus ff. ad leg. Aquilam, & ita inquit obseruari in Gallia. quæ quidem praxis etiam in Italia obseruatur, & præsertim Florentiæ, & quidem summa ratione. Nam alioquin raro aut pene nunquam ob facti difficultatem huiusmodi dationes in solutum ad actum deduci possent, cum sit pene impossibile, vt debitor rem æqualis æstimationis sui debiti possidere reperiatur: Et ideo dicendum fortasse erit, illam conclusionem non subsistere, vt si detur res in solutum maioris æstimationis sui debiti, decreto iudicis in totum corruat, sed solum cum plus fuerit petitum, vt supra diximus. & ita etiam (nisi fallor) loquitur Dec. in d. l. cum amplius, quicquid dicat Rebiffus. Et ideo ibid. Cagn. duo inquit ponit exempla. Primum ob impotentiam, vtputa si res individua in solutum detur: nam tunc datio in solutū in totū corruat, & vitiatur, si pro aliqua fortasse parte detur: Secundum vero in uitam communionem respicit, & à lege damnatam, vt inquit text. in d. §. si centum. vtputa si cogerer manere in communione, & rem communem habere, vt declarat Angel. in consil. 54. quod tamen consilium non inueni. limitari tamen deberet illa conclusio, vbi statuta mandarent boha usque ad concurrentem quantitatem in solutum dari, nam tunc pro ea summa substinetur. Et ideo dixit Ruin. in d. consil. 136. non obstat illud, qd notat Bar. in d. l. quamuis. ff. de solutio. præsupponens, vt si vxori res maioris æstimationis quā sit dos detur, dationem subsistere si fiat soluto matrimonio; quia intelligendum est, vbi cūq; in summa dotis debitæ erratum non est, sed in ipsa rei æstimatione.

C A P. XIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Misso in possessionem pro maiori summa quam sit debitum, in totum vitiatur & corruit.

Procedit etiam prædicta conclusio in missione in possessionem rei excedentis summam debitam: nam in casu in totum vitiatur & corruit, ut voluit Alexan. in dicta l. prima. §. sed & si mihi, numero testio. ff. de verborum obligatio. dum inquit Bald. in eodem. referre Bartol. consuluisse missionem in possessionem rei de debitum excedentis, in totum vitiari & corrumpere. & dicit facere text. in l. prima. §. hac verba. ff. ne vis fuit ei. subdit tamen id notabiliter limitare Bald. in dicta l. ordo. in penultima quæstio. C. de executio. rei iudic. & refert de hoc se ad dicta Bartol. in l. fina. col. fina. C. de iure domin. impetrant. vbi inquit text. esse notabilem.

C A P. XX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Datio in solutum plus debito etiam si in laudo facta fit, corruit.

Procedit etiam præcedens conclusio in adjudicatione seu datione † in solutum in laudo facta; propterea & illa quoque pro maiori summa facta nulla est in totum, ut voluit Bartol. quem communiter sequuntur alii Doctor. in d.l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. indeb. & tradit Bald. in l. certi conditio. §. quoniam ff. si cert. pet.

C A P. XXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Fructus percepti à creditore, vbi datio in solutum est nulla, restituendi sunt, vel saltem in sortem principalem imputandi.

Infertur autem ex supra scriptis ad questionem, quæ quotidie accedit: nam stante huiusmodi nullis in solutum dationibus, de quibus etiam infra dicendum est, dubitari potest de fructibus ex bonis in solutum datis interim suscepitis. † Quia in redicendum est, creditorem cui huiusmodi adjudicatio, vel in solutum datio facta est, ad fructuum restitutionem obligatum esse vel saltem teneri eos in sortem principalem imputare, ut inquit Ias. in d. l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. indeb. & Aflidi. qui multos alios refert in decif. 218. numero quarto, & idem voluit antea Bar. in eadem l. si non sortem. §. si centum. & Paul. Castrens. & recentiores Papien. Et licet Rapha. Cuman. in l. iuste possidet. ff. de acquir. posses. & Roman. in l. si us. ad quem. ff. de acquiren. hered. contrarium vetius existimare videatur subdens valere adjudicationem, licet res cum fructibus sit restituenda: attamen nullus negat etiam quod contraria opinionem tenuerit, quin fructus una cum restituendi sint. Ratio autem est, quia cum detur conditio indebiti, competit etiam ad fructus bona si de perceptos, quibus ipse creditor percipiens locupletior factus est, ut voluit Bartol. & sequuntur

recentiores in l. quod in debitum. ff. de conditio. indeb. Natura enim huius conditionis ea est, ut quis obligetur ad id, in quo factus est locupletior, id quod approbat etiam ibidem recentiores Papenses in d.l. indebti, afferentes fructus esse in obligatione, non secus ac rem ipsam principalem: Et ideo mirum non est si veniant à tempore obligationis, debeantq; vna cum re ipsa restitui, ut voluit etiam Alberic. à Rosate idem. Siue igitur teneamus opinionem Bartol. & sequacium, quæ fortasse magis communis opinio est, ut scilicet ipsa adjudicatio à principio nulla sit: & tunc ex consequenti dicendum est, fructus semper ad dominum rerum in solutum datarum pertinere. Si vero alteri opinioni adhæreamus, ut creditum conditione indebiti repetatur à die permutationis à putatiuo creditore, quo casu licet cōtrarium fortasse dicendum videatur ob id quod dominium translatum fuerit, cum bona aestimata determinata quantitate data fuerūt, & sic pro ea summa vendita dicantur, iuxta ea qua habitur in l. ex conuentione. C. de pact. & in l. plurimis. ff. de iure dot. In dubio enim res, quæ aestimata accipitur, eo animo accepta videtur, ut inquit gloss. in l. l. C. de pradi. curia. libro 10. & tradit Bald. in l. fin. C. ne liceat potentio. & recentiores post alios in d.l. ex conuentione. Quo sit, ut breui manu pretium ex venditione dictorum bonorum redactum, acceptum videatur, & dicto putatiuo creditori solutum, argumento l. singularia. ff. si cert. pet. & l. licet. §. quoties. ff. de iure dotum. & utrobique tradunt Docto. Vnde est, quod licet re vera non esset creditor, & ideo repeti posset tanquam indebita solutum: illud tamen restitui deberet, quod solutum fuit, videlicet quantitas illa ex pretio bonorum redacta, & ipsi creditori putatiuo soluta: & ex consequenti nullo modo videatur teneri ad fructus seu pagas crediti, de quo ibi loquitur. His tamen non obstantibus, quod fructus restituendi sint, concludendum existimat: & primum, quia non transit dominium rei venditæ in emptorem, nisi vel vere & realiter soluto pretio, de eo fide habita, vel aliter quemodounque de eo venditori satisfacto, ut habetur in §. vendita. Institut. de actio. cum vulgarib. & est gloss. in ultimis verbis, in l. traditionibus, C. de pact. quam sequitur Aret. post alios, afferens non solum requiri pretij solutionem ad hoc ut dominium rei venditæ in emptorem transferatur, sed etiam ut nummos faciat accipientis, ut est text. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens, in versicul. deberetur. ff. si cert. pet. & facit. text. & illud quod ibi notatur in l. exempto, in princip. in versicul. empor autem. ff. de actio. empt. Modo sic: si dicamus, ut de bonis ipsis in solutum datis fuerit venditio inter dictas partes celebrata, ex eo quod dicto creditori putatiuo aestimata consignata fuerint, & tunc dominium remansisse penes ipsum debitorem fateri necesse est, cum pretium solutum suile dici non possit, minusque quod accipientis factum fuerit. Quinimo si re vera debitor non erat, non potest breui manu dici prius traditum debitot, & deinde à debitore creditori, cum regula sit in iure notissima. Ibi fictionem nihil efficere, vbi veritas locum habere non potest. §. minorem natu. Institut. de adoptio. & l. qui ad certum ff. locati. cum vulgaribus. Exigit enim fictio extrema habilia, ut dixit Bart. in l. nec vtile. ff. ex quibus caus. maij. quæ vtique cessant in casu, in quo debi-

tum

tum non subest, & ideo solutum esse singi non potest: Et ideo concludendum est ut fructus ad ipsum putatum creditorē pertineat. Item idē comprobatur p. tex. vbi id notatur, in l. curabit. C. de ali. empt. vbi habetur prouinciarum Præsidem emptorem compellere possessionē naclum & fructus rei emptæ percipientem premium cum usuris soluere, quæ quidem usuram tanquam interesse, seu damnum emergens, hoc casu etiam de iure canonico permittuntur, ut inquit gloss. quam approbant Doct.

C A P . X X I I .

A R G V M E N T V M .

Datio insolutum non valet sine certa summa.

S V M M A R I A .

- 1 Datio in solutum non subsistit, cum sit pro summa incerta.
- 2 Datio in solutum seu adiudicatio, sine certo pretio non valet.

Secundo t̄ principaliter non valet datio in solutum, cum sit pro incerta quantitate, ut inquit Ruin. in consil. 81. num. 6. volu. 1. per ea, quæ voluit Bart. in l. à Diuo Pio. §. si pignora, in princ. ff. de re iudic. prout etiam non subsistit venditio ratione incertitudinis per text. in Instit. de emptio. & venditio. iuncta. l. 3. ff. de rufucap. pro empt. Id quod subdit ibidem Ruin. procedere, si premium à duobus viris probis declarandum sit. Et ratio est, quia & ipsi etiam viri probi incerti sunt, & incertitudinem inducunt, & sic adest incertitudo rei & personæ: Vnde est ut in solutum quoque datio non valeat. l. si merces, in prin. ff. loca. Unde t̄ etiam est ut datio in solutum sine certo pretio nulla sit, & pariter etiam adiudicatio, ex quo emptioni comparatur. d. l. 3. ff. pro empto. & d. l. 3. ff. prædium. C. de euictio. In emptione autem & venditione certum premium requiritur. §. premium. Instit. de emptio. & venditio. & notatur in l. 2. ff. de contrahendo. emptio. & in l. empti. C. eod. titul. Et ita in adiudicatione pro incerta debiti quantitate facta: tenuit Bartol. & sequitur Angel. in d. l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic.

C A P . X X I I I .

A R G V M E N T V M .

Datio in solutum cōtra minorem indefensem non valet.

S V M M A R I A .

- 1 Datio in solutum est nulla, quando est contra minorem indefensem.
- 2 Sententia contra minorem indefensem, est ipso iure nulla.
- 3 Sententia interlocutoria præjudicialis contra minorem indefensem ferri non solet.
- 4 Sententia interlocutoria contra minorem indefensem lata, in quibus casibus subsistat.

Tertio non t̄ valet datio in solutum, sed corruit, cum est contra minorem indefensem, ut inquit Ruin. in consil. 160. num. 31. volum. 2. Sententia t̄ namque contra minorem indefensem lata, est

ipso iure nulla, & præsertim si caret curatore, ut rest text. in l. acta. §. ff. de re iudic. & tradit etiam Bartol. in l. contra pupillum, eod. titul. Præterea idem quoq; si curatorem habeat, sed defensus non fuerit, dicendum est. l. cum & maiores. C. si aduers. rem iudic. & ibi notant omnes. Id autem non solum in definitiva sententia locum habet, sed etiam in præjudiciali interlocutoria, ea potissimum ratione quod t̄ cōtra minorem indefensem ferri non soleat, ut voluit Bart. & ibidem sequuntur alii, in l. si præses, per illum text. C. quomodo & quando iudex. In eo t̄ enim tantum calū subsistit interlocutoria contra minorem indefensem lata, cum suapte natura contra minorem indefensem ferri soleat, ut est pronūciatio mitten-di in possessionem ex primo vel secundo decreto: alioquin vero secus, ut inquit Doctores eisdem in locis, si contra minorem indefensem suapte natura ferrini non soleat.

C A P . X X I V .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Datio in solutum vel adiudicatio nondum natis obesse non potest.

Quarto non subsistere dicitur ipsa in solutum t̄ datio seu adiudicatio, cum de nondum natis tractatur: nam quo ad illos siue hæreditate iacente, siue iam adita, facta fuerit, ex quo non faciunt citari, nec alius pro eis, quando curator non datur bonis, nec hæreditati, l. 1. ff. de curat. bonis dando. & l. si quis instituatur ff. de heredibus instut. subsistere non potest, ut tradit etiam Ruin. in consil. 160. numero 31. volume secundo.

C A P . X X V .

A R G V M E N T V M .

Datio in solutum facta à iudice non valet, vbi est filius suus indefensus.

S V M M A R I A .

- 1 Datio in solutum seu adiudicatio non subsistit, si tempore moti iudicij & lata sententia extat filius suus legitimo defensore carens.
- 2 Hæritas stante filio suo non dicitur iacens.
- 3 Filius donec non abstinet, est vere hæres.
- 4 Hæritas per suos hæredes vt adita, non vt adeunda, transmittitur cum potestate abstinendi.
- 5 Processus factus tanquam contra hæreditatem iacentem stante suo hærede ante abstensionem, est ipso iure nullus.
- 6 Interpretatio longissima consuetudine recepta, obuanda est.
- 7 Statutum contra ius licet non valeat, si tamen ut valeat consuetudo interpretetur vitalis consuetudinis valeat & contra ius extenditur.
- 8 Attestatio simplex alicuius instrumenti à notario confessa sufficit in iudicio executivo, stante curia consuetudine: & si statutum dicat, instrumentū garantigatum executioni demandandum esse.
- 9 Consuetudo est optima legum interpres.
- 10 Stylum curiae seruari sufficit.
- 11 Consuetudo & stylus curiae probatus quando dicatur.
- 12 Hæritas iacens, quando dicatur.

Quiato non subsistit datio † in solutum vel ad iudicatio, si tempore moti iudicij & latæ sententiae superest filius suus legitimo defensore carrens: nam tunc sententia prædictæ bonorum ad iudicationis, & dationis in solutum, ipso iure nulla videtur, tanquam contra pupillum non defensum lata. *d.l. cum & maiores. C. si aduers. rem iudic. & l. acta. §. fin. & l. contra pupillum. ff. de re iudic.* Nec huic conclusioni repugnare videtur, quod ipse filius & suus hæres tempore motæ litis latæque sententiae se paternæ hæreditati non immiscuerit: & ideo satis fuerit actori, si contra hæreditatem iacentem sui debitoris egerit, eaque seruauerit, quæ ex forma statuti, ubi fortasse de hæreditate debitoris conuenienda extiterit, seruari oportet: Nam ad hoc respondetur, extante filio suo hærede hæreditatem † iacere dicendum nō esse, ut inquit glossa sing quam sequitur ibi Bald. post Cynum in l. can hæritas. *C. de pos. & tradit Aretin. in consilio 26. factum, super quo postulatur consilium, columna 6. in principio. & videatur voluisse Bartol. in l. fin. ff. de conductio. institut. & sequuntur magis communiter recentiores in l. prima. C. si vt se ab heredi. abstine. & comprobatur eo quod dixit Bartolus in l. necessarijs, circa principium. ff. de acquir. hered. dum vult, vt si filius donec non abstineret, sit vere hæres, vereque obligatus, licet talis obligatio in euentum conditioris, videlicet si se abstineat, reuoetur: & ideo vt interim hæreditatem iacere impossibile est. Vnde infert Baldus ibidem, & in l. si quis filium. *§. primo. ff. de acquiren. hered. & in l. prima. C. de his, qui ante apert. tabul.**

4 hæreditatem † à suis hæredibus vt aditam, non vt adeundam, transmitti, cum potestate tamen abstinenti: Id quod refert & sequitur Aretin. in dicto consilio 26. columna 6. Si igitur stante suo hærede ante abstensionem, hæritas iacere non potest, statuta de quibus supra diximus, locū habere nō possunt, sed extraneo tantummodo hærede existente. Et ideo in his terminis dixit Baldus in l. cum hæritas. *authoritate gloss. ibi. processum contra hæreditatem iacentem factum ante abstensionem stante suo hærede non subsistere, sed ipso iure nullum esse.* Contatiam autem opinionem tenuerunt Castrenf. & Salycet. in dicta l. cum hæritas, quæ repugnat glossa. & Bartolo ibi, quos etiam secuti sunt Dynus & magis communiter antiquiores in dicta l. prima. *C. si se ab heredi. abstine. & afferit ibidem Alber. esse veriorem opinionem, vt stante suo hærede etiam ante immixtionem hærititas iacens non dicatur: & id ob beneficium abstinen- di, quod filijs in potestate existentibus concessit Prætor.*

Prædicta igitur conclusio de iure ciuili vera est: at quia, vt supra diximus, aliter de iure municipalis sèpe accidere potest, merito breuiter nonnulla attingenda sunt: Et in primis limitatur dicta conclusio, vt illis in locis non procedat, vbi extaret statutum concedens contra hæreditatem iacentem simpliciter agi posse: nam tunc forma ipsorum statutorum inter ipsorum statuentium subditos, iuris communis dispositione omisla, seruanda est. *l. omnes populi, vbi late tradit Bartol. ff. de iustit. & iure & l. cunctos populos, & ibi late per Sribentes. & maxime Caccalupum. C. de summ. Trinit. & fide cathol.* Et præsertim, quando vt diximus, statuta, quoad modum agendi, indistincte loquuntur, siue existat suus hæres,

& simus ante immixtionem, siue extraneus, & ideo generaliter & indistincte intelligi debent. *l. prima. §. generaliter. ff. de legat. præstan. & l. de pretio. ff. de public. & cap. solita. extra de maior. & obedien.* Secundo ex eo etiam percipi potest, prædicta statuta de hæreditate iacente ante immixtioem suo existente hærede intelligere voluisse & disponere, arguendo ab ipsa rubrica, quod quidem argumentum validissimum est: nam Rubricæ legis vel statuti perfectam orationem habentes, ad causatum decisio nem non minus ac lex ipsa vel statutum, quibus præsunt, allegari non possunt, vt patet in rubr. *C. ne fideiuso. dot. dentur, & in rub. ff. quod quisque iur. in alter. sta. ipse eodem iure vta, & in rub. extra vt ecclesia. benefic. sine dimin. conse. & rub. extra ne sede vacan. & notat Abbas in rub. etiam ob chirograph. pecu. & in rub. ne prælati vi. suas. sub annu. conser. conce. & in rub. ff. si quis testament. liber. esse iuss. fuerit, & tradit Imola in rub. ff. de verborum obligatio. & Socin. in l. prima, & secunda columna, numero 16. ff. si certum peta. post aliros. & iterum Socin. senior in consilio 30. quamuis ex his, columna sexta, versicul. & ultra, volumine primo, & late tradit Niconitus in rubr. *C. de eden. numero primo, cum sequen.* Quando igitur prædictorum statutorum compilatores rub. apponunt de hæreditibus, vel hæreditate conuenienda, & ponunt formam & regulam, quomodo hæredes seu hæritas conueniti potest; propterea quod sub illo simplici ac generali verbo, *hæredibus*, omnes hæredes tam suos quam extraneos comprehendere voluerunt, & ex consequenti omnes ad quos prima causa successionis in hæreditate pertineret: Quod videtur comprobari, quia clarum est, partem unam statuti aliam declarare. *l. non est nouum, & l. sequenti. ff. de legibus.* Accedit etiam, quia si aliter intelligatur, statutum erit defectuosum: nam nihil disponeret, quando, & quomodo hæritas suo hærede existente conuenienda esset: cum, vt verba proposita inntiunt, videntur comprehendere nō solum modum & formam, quo hæres conueniendus sit: sed etiam quo hæritas conueniri debeat, ita vt statutis eo modo conceptis utriusque casui creditoribus consultum sit. & hæc quo ad varia totius Italiae statuta pertineant. Verum ne statutū nostrum omittamus, sub rubr. 29. de hæredibus & hæreditate debitoris conueniendis, & ostendamus pro aliorum confirmatione id fuisse statuentium intentionis; animaduertendum est, Paulum Castrensem unum ex compilatoribus statutorum nostrorū extitisse, & sine dubio præcipuum, cum eo tempore & iure quidem optimo inter primarios, prout scripta sua ostendunt, qui tamē in d.l. cum hæritas, opinionem Bal. & gl. damnauit, concludens † prædictis nō obstantib. processum contra hæreditatem iacentem suo etiam existente ante abstensionem valere: ob id quod quatenus pertinet ad casum nostrum, suus hæres nō instar extranei redactus intelligatur, & ideo credendū non esse, vt Castrensis in cōpilatione illius statuti aliter senserit, quām in interpretatione illius legis, cum hæritas. *l. nam ade ea. ff. de cōd. & dem. Hæc. n. concludens coniectura ad interpretationem statuti nostri prædicti esse videtur.* Comprobatur præterea ex eo, quod ab ipsa statutorum nostrorum promulgatione statutum prædictum, semper ita receptum & interpretatum fuit, vt ex infinitis pene processibus colligi potest, & probarunt plu-*

6 plures notarij antiqui & valde practici: quo fit ut ab huiusmodi interpretatione, longissima† consuetudine munita, recedendum omnino non sit. *L. minime ff. delegib. & notat gloss. in l. dos a patre. C. solut. mat. & in l. i. & in auth. vbi posita. C. si secun. nups. muli. & Bar. in l. neg. & in d. l. diuturna ff. de leg. & est text. in c. cum dilectus, extra de consuet. per quem text. dixit Butr. intellectum consuetudine comprobatur, verba etiam impriando, nos sequi debere, vt refert & sequitur Soc. sen. in conf. 209. licet nulla mihi sit exhibita, colum. 4. vers. nono comproba. vol. 2. & facit illud, quod scriptū reliquit Soci. in conf. 45. circa primum, col. 3. vol. 1. Vnde refert Butr. in d. c. cum dilectus, Paul. Castr. quod licet non valeat statutum contra ius: † attamen si cōsuetudo interpretetur, id ex vi consuetudinis extendi contra ius, & id notandum esse existimat. Comprobatur ex ijs, que notat Corn. in cōf. 73. breuiter in hac cōsultatione, vol. 2. vbi voluit simplicem † attestationem instrumenti à Notario factā & in iudicio executiuo productam ob curiæ cōsuetudinem sufficere, & si statuto loci disponatur, publicum instrumentū garantigatum exequendū esse. Et ratio est, quia prædicta cōsuetudo statutū loquens de instrumento interpretata est: satis esse si in iudicio in quo vi statuti instrumentū exequi petitur, sola Notarij attestatio, qui de eo cōficiendo rogatus fuit, deducatur: à qua interpretatione consuetudine & vsu curiæ cōfirmata discedendū non est. Consuetudo nanq; optima est legū interpres, l. cum de interpretatione ff. de legib. & d. c. cū dilectus, extra de cōsuet. Confirmatur, qā statuta eo modo cōcepta curiæ stylum continent: at 10 † curiæ stylum seruare satis est. l. obseruandum ff. de iudic. & notat Bar. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. & alij. quos refert Corn. in conf. 277 post scriptum consilium, col. 2. vol. 3. Si igitur solitus & cōsuetus stylus curia in huiusmodi iudicio obseruatus sit, satis ad substanțē proceſsum & sentētiā esse debet: & ita fuit alias in cōtradictorio iudicio determinatum, & si ad probandā consuetudinem, vt ita fuerit in contradictorio iudicio pronunciatum, probare opus non sit, vt dixit Bar. in l. de quibus, & in l. diuturna ff. de legib. & Abbas & alij frequentiores & plures, ita vt magis cōmūnem opinionem constituant, in c. fin. extra de consuet. & Corn. in d. conf. 73. col. 2. in fi. vol. 2.*

11 Nec videtur dubitandum, † quin statutorū consuetudo interpretationi probata sit, stylusve curiæ, cum plures producuntur proceſsus, in quibus contra hæreditatē iacentem suo hærede existente ordo prædictus seruatus fuit, nec nō communis practica & vsus, que ad consuetudinem interpretationi probandā satis sunt, vt dixit Alber. de Ros. in d. l. de quibus, col. 39. circa finem. dum inquit, quotiescumq; cōsuetudo ad dubium aliquod delarandū introducta est, supplendumve defecit, si cōmunis vsus & obseruantia probetur, satis esse: et si alia ad consuetudinem inducendam necessaria non probentur. Ratio autem est, quia id non dicitur inducere, sed inducēdo declarare, & ideo minore quoq; solemnitate opus esse, vt in simili text. in l. hæredes palam. §. 1. ff. de testam. Hanc conclusionem sequutus est etiam Butr. post Matheſil. in c. fin. extra de consuet. & Aret. in confil. II. procedendum est, & Alex. in conf. 107. alias 109. pro inuestigatione, col. pen. vol. 2. & Socin. sen. in conf. III. abunde subtiliter, col. 4. Redeūdo igitur ad rem propositam: si ius commune inspiciamus opinio gloss. Bal. & aliorum sequacium in d. l. cū hæritas, verior est: si

vero ad statuta, vt supra cōfecta, & à consuetudine interpretata, & tunc proceſsus tanquam cōtra hæreditatē iacentem factus valeat, non secus ac si extraneus, non autem suus hæres esset ille, cui hæritas delata esset.

Non videtur etiam omittendum † hæreditatem iacentem dici, cum nūncius cui à iudice cōmissum est, vt querat, & referat, an hæritas sit iacens, refert quæsiuſſe & inueniſſe dictam hæreditatem iacere. Nam huiusmodi relationi standum est, vt notat Imola in l. à Diuo Pio. §. sic quoq; ff. de re indic. quem refert & sequitur Alexand. in §. si super rebus. d. l. à Diuo Pio, & præsertim si aliquo statuto caueatur, nūncij relationi standum esse.

C A P. XXVI.

A R G U M E N T U M.

Datio vel adiudicatio in solutum non valet in terminis statuti cessantium.

S U M M A R I A.

- 1 Adiudicatio vel datio in solutum est nulla, repugnante statuto cessantium.
- 2 Adiudicatio seu datio in solutum, quæ fit causa dotis, non comprehenditur à statuto cessantium.
- 3 Verba generalia non extenduntur contra fauorem dotis.
- 4 Iura etiam noua & quantumcumq; generalia de casibus specialibus loqui non intelliguntur, vel speciem fauorem habentibus.
- 5 Adiudicatio seu datio in solutum facta mulieri, seu viro, ex causa necessaria facta dicitur.
- 6 Alienationes factæ intra tres menses à die cessationis sunt nulle.
- 7 Casus legis vel statuti vbi est, nihil ulterius est quærendum.
- 8 Datio in solutum seu adiudicatio facta etiam à parte parti, si sit conditionalis non valet: & quando sit conditionalis, & dicatur adimplēta conditio.
- 9 Dans in solutum, tenetur ad tradendum.
- 10 Constitutum licet transferat ciuilē possessionem, attamen nō transfert, si detur pro ea summa, quam capit creditum.
- 11 Datio in solutum conditionalis non transfert dominium, nec v̄ sapienti conditionē, & fructus interim percepti pertinent ad eum qui dedit in solutum: & quando dicatur conditionalis, & quomodo.
- 12 Fructus medi⁹ temporis sunt venditoris, quando venditio est conditionalis.

Non videtur hoc loco omittendum, rei propositæ interpretationem prosequendo, † ad iudicationem vel in solutum dationem vigore statuti cessantium, nullam esse. sub rub. II. de v̄editio. facta per d. cessa. & fugit. Ea potissimum ratione, quod alienationes ante cessationem & fugam simulatae videantur, & in fraudem creditorum factæ: si celsans ea bona quæ ante cessationem alienauit, possidere deinde reperiatur: prout etiam de illis alienationibus dicitur, quæ per tres menses ante cessationem vel postea ab ipsis cessantibus factæ sint: Et ideo cum quis post adiudicationē cessans effectus fuerit, & bona adiudicata ante cessationem deinde possidere reperiatur, alienatio simulata & ficta dicatur, & ideo non valeat. l. nulla ff. de contrahen. emp.

& l. imaginaria. ff. de regul. iur. & l. i. & 2. C. pius valere quod agit. & l. contractus. ff. de actio. & obligatio.

His quoq; addendum est, quatenus ad cestantes pertinet, huiusmodi statutū † etiam quod generaliter loquatur, adiudicationem quæ causa dotis fit, non comprehendere. l. fin. in prin. C. de iure dot. Vnde notandum esse colligit ibi Salyc. verba † generalia contra dotis fauorem extendenda nō esse, vt inquit etiam Bal. nouel. in tract. de dote, primit. 4. sexta pars, & in 10. parte limitatio. 9. & sequitur Ias. in l. i. col. 3. ff. soluto matr. Ea fatione, q̄ iura etiam noua † quantumcumq; generaliter loquantur, de casibus specialibus vel specialem fauorem habentibus loqui non intelligantur, vt est gl. ab omnibus approbata in l. sciendum, in prin. ff. qui satisd. cogan. & iterum idem dixit gl. in verbo, vacantibus, in Auth. de hered. quæ ab intest. in princ. Et ideo cum dos sit specialiter obligata, vt dicunt Doct. in l. i. ff. soluto matr. & latius Bal. nouel. in d. tract. de dote, consequens est, vt statutū generaliter loquens eos casus non comprehendat, qui do- tib. praividicium afferre poslunt, vt late cōprobat Ias. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in l. i. ff. solu. mat. Quan- doquidem cum consignatio, seu adiudicatio, † vel in solutum datio mulieri, seu viro ex causa necessaria facta dicatur, argumento tex. & eorum, quæ ibi notat Bal. in l. nouissime, vers. quid enim. ff. quod falso tuto. autho. & eorum que per illum text. dixerunt Anch. in conf. 158. & Aret. in confil. 24. & Caccialup. in tracta. transactio. quest. 15. col. pen. in fi. & Ioan. And in cap. bona fides, in prin. de reg. iur. in 6. & Bal. Ang. & Alex. & alijs in l. si plures ff. de pact. Plane in hoc casu quilibet fraudis timor, qui alioquin in debitore bona sua alienante excogitari posset, cessare videtur, cum de debiti veritate & alienationis causa appereat. Et idem quoq; dicendum est de † alienationibus factis infra tres menses à die cassationis: nam eodem statuto disponit, omnes venditiones & in solutum dationes, quæ fierent intra tres menses proxime precedentes, seu subsequentes cessationem & fugam in fraudem creditorū factas intelligendum esse, & si ipse cessans bona alienata possidere non reperiatur, & ipsæ alienationes per plures manus transferint referuatis iuribus emptoribus & iis, qui in solutum acceperint cōtra debitorem vel illius, qui alienauit, vel eorum fide iussores: Et ideo in his casibus cum statuta expresse † habeamus, nihil vltierius querēdū est, vt dicunt communiter Doct. in c. 1. extra de con- stit. & Grat. in conf. 1. nu. 90. vol. 1. & Corn. in confil. 55. nu. 6. vol. 2. dum dicit, super casu legis hesitandum nō esse, per text. in l. ancilla. C. defurt. & l. illam, versic. de modo. C. de collatio. & tradit. Rol. à Valle in conf. 69. nu. 18. & in conf. 80. num. 4. vol. 1. pere ea, qua voluit Decius in l. illam. C. de collatio. & est etiam tex. in l. quod Labeo. ad Carbo. & Cephal. in conf. 138. num. 20. vol. 1. vbi de statutis in specie loquens dicit, quod vbi habemus statuti de- cisionem, inanis disputatio est, per ea qua voluit Cor- ne. in conf. 109. in vlt. verbis, & in conf. 316. num. 7. vol. 1. & in conf. 150. num. 4. & in conf. 180. num. 12. vol. 2. & Decius in conf. 484. in prin. & in conf. 693. & Crau. in conf. 4. num. 20. cum vulgaribus.

Idem præterea licet satis remote faciat ad rem nostram, † adnotandum est de ea in solutum datio- ne, quæ à parte, & sic à debitore creditori sit: nam generaliter accipiendo, datio in solutum conditio- nalis, quoq; sit purificata, conditio non subsistit: Exemplum ponit potest, si fortasse fiat iudicatio, seu

in solutum datio pro summa florenorum centum, qui debentur inspecta tamen communi & vera æstimatione: quandoquidem cum æstimatione, diuisio ac terminatio concurrere & interuenire debeant, merito conditionem contineri dicuntur. l. fin. C. de contrahen. empt. & l. si fundus. §. fin. ff. de pignor. Merito quoque conditio adiudicationi & dationi adiecta adimpta non est, hoc est quoque bona adiudicata, vel in solutum data æstimata, diuisa vel terminata adiudicatio, vel in solutum datio perfecta non dicitur. d. l. fin. C. de contrahen. emptio. & d. l. si fundus. in fin. ff. de pigno. & l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pericul. & commo. rei vendi. & l. vbi autem. ff. de in diem addicatio. & l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empto. Et ideo in eū, cui fit huiusmodi adiudicatio, vel in solutum datio, dominium non transfertur, nec v- suscipendi conditio iuribus prædictis. Id quod ex eo etiam comprobatur, quod in solutum dans, † ad tradendum tenetur. l. i. & l. ex empto, in princ. ff. de a- ctio. empti. cum datio in solutum venditioni similis sit. l. si predium. C. de euictio. & l. eleganter, in prin. & ibi notatur. ff. de pigno. actio. & tradunt Doctor. in l. si quis aliam. ff. de solutio. & in l. libera. C. de sentent. & supra late diximus, & comprobaimus: Et ideo sicut venditor tradere videtur, ita etiam & debitor, qui creditori rem adiudicavit, vel in solutum dedit: Et licet in instrumento apponatur constitutum, † quo di- citur ciuilem saltem possessionem transferri, iuxta notata in l. quod meo. ff. de acquir. posses. Attamen quando bona adiudicantur, vel in solutum dantur, pro ea summa centum aureorum, qui debentur secundum communem æstimationem, & prout summa illa capit, possessio illa de qua supra non transfertur: Et ideo ex prædictis infertur ad iudi- cationem loci & quotæ ratione incertam fuisse, vt est text. & ibi notat gloss. & sequuntur Doctor. in l. 3. §. incertam, & in l. locus. §. incerta. ff. de acquir. posses. Ante namque æstimationem & terminationem à partibus faciendam, quæ nam prædictorum bonorum pars adiudicanda, vel in solutum danda sit, percipi non potest, nec etiam quo in loco adiua- tio effectum sortiatur: & ideo quod possessio non transferatur, mirum non est. † Hinc etiam infer- tur quod cum adiudicatio seu in solutum datio conditionales sint, & ideo dominium translatum non sit, nec etiam v- suscipendi conditio, fructus interim percepti ad eum qui in solutum dedit per- tineant, vt habetur in d. l. necessario. §. quod si pendente, il 2. ff. de peric. & commod. rei vend. & in d. l. vbi autem. ff. de in diem addicatio. Ex quibus legibus expresse col- ligitur, † quod vbi venditio est conditionalis, fru- ctus medii temporis spectant ad venditorem, vt habetur etiam in l. fructus. C. de actio. empt. Inquit enim ibi text. fructus rei emptæ ad emptorem, postquam contractus perfectus & absolutus est, pertinere, & facit etiam text. in l. si traditio, eodem titul. dum ibi dicitur, quatenus vendor non est in mora tradendi rem venditam emptori illi ad interesse non teneri. Et ideo in his terminis, quando modo prædicto adiudicans vel in solutum dans, ab eo non requiritur cui dat, vt bona ipsa æstimentur, diuidantur & terminen- tur, consequens est, vt ipsa datio seu adiudicatio, prout de venditione dicitur, cuius vim obtinent, nunquam vt supra diximus, perfectæ sint;

& ideo emptor fructus lucrat non possit

De Executionibus, Tractatus. §.4. 211

C A P . XXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Adiudicatio seu in solutum datio in quibus certum pretium non interuenit, non subsistunt.

Adiudicatio seu in solutum datio pro earum validitate certum pretium requirunt: & ideo dicunt Doct. eas, nisi interuenerit certum ac determinatum pretium, non subsistere. Probatur autem haec conclusio, ex iis, quæ supra diximus, dum firmavimus adiudicationem seu in solutum dationem emptioni & venditioni similes esse. Vnde infertur ad speciem, in qua quis alicuius determinat summi debitor declaratus non esset, vel contra aliquis creditor: & ipsa adiudicatio vel in solutum datio pro aliqua certa & determinata summa facta non sit, propterea quod in eo casu adiudicatio seu in solutum datio nulla erit. Nec huic conclusioni repugnat, quod in ipsa adiudicatione seu in solutum datione arbitri seu arbitratores laudando verbis enunciatiis dixerint sibi cōstare, illum, cuius bona adiudicantur, vel in solutum datur, summa notabilis debitorem esse: quoniam ex illis verbis nulla debiti declaratio infertur, cum verba enunciatiua non disponant, ut habetur in lex verbis ff. de testam. milit. & in lex hac scriptura. ff. de donatio.

C A P . XXVIII.

A R G V M E N T V M .

Datio in solutum & adiudicatio non subsistit si est simulata.

S V M M A R I A .

- 1 Datio in solutum seu adiudicatio simulata non valet nec subsistit.
- 2 Simulationem s. que arguant.

Otrauo, datio † in solutum seu adiudicatio simulata non subsistit. Huius conclusionis plura exempla ponit, inter quæ illud est, quando mater adiudicauit seu in solutum dedit filio suo omnia bona sua, ipsa tamen in possessione maioris partis remansit: Hæc † enim simulationem argunt, & præsertim cum ab arbitris alicuius summa debitor declaratus est, vel alio quouis modo, ut habetur in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, que in frau. credito. & in l. qui testamentum. ff. de probatio. & tractat Bartol. in l. post contractum. ff. de donatio. Et ideo si talis adiudicatio vel in solutum datio non subsistit, mirum non est: actus namque simulatus nullus est. l. multum. C. si quis alterius vel sibi. & l. i. & tota titul. C. plus valere, quod agit. & l. empator. ff. de aqua pluvia arcen. & l. nuda. ff. de contrahen. empt. & l. Imaginaria. ff. de regul. iur. & l. qui sub imagine. C. de distract. pign.

C A P . XXIX.

A R G V M E N T V M .

Datio & adiudicatio in solutum an valeat, in subsidium saltem in vim donationis.

S V M M A R I A .

- 1 Datio in solutum seu adiudicatio si non valent in vim ipsius dationis, vel adiudicationis, an valeant in vim donationis.
- 2 Donatio simulata sub nomine venditionis valet, nee potest rescindi ob simulationem venditionis.
- 3 Datio in solutum seu adiudicatio si non appetat dampnum vel adiudicantem dare velle in vim donationis vel adiudicationis, non valet.
- 4 Ratificatio laudi donationem non infert.
- 5 Clausula promissionis obseruantia à tabellionibus in ratificationibus laudorum, ex consuetudine apponitur.
- 6 Clausula codicillaris censetur apposita à notariis ex consuetudine.

Nono, pro declaratione prædictorum hoc loco quærendum est, † an posito per prædicta vt adiudicatio in vim adiudicationis & dationis in solutum in vim ipsius dationis non valeat: valeat tamē & subsistat in vim donationis ob subsequutam ratificationem cum promissione obseruantiae & implementi intuitu facta à partibus conuentione stipulatione vallata, vt est tex. & ibi notat gl. & sequitur Doct. in l. 2. C. cōmu. vtriusq; iudic. & in c. examinata, extra de iudic. cum si fiat in solutum datio † re vera, venditio autem simuletur, ex quo fit sub velamine simulatæ venditionis, donatio ipsa valeat. Nec possit, ob simulationem venditionis rescindi, vt est tex. quo mouentur Doct. in l. si donationis. C. de cōtrahen. emptio. Verum prædictis non obstantibus, in casu in quo non constat in solutum dantem, vel adiudicantem † donare voluisse, in vim donationis substineri non potest, & præsertim in hoc, de quo agitur casu, cum præsupponatur in arbitrarem difficultatem & controversiam compromissam fuisse, arg. text. in l. non codicillum. C. de testam. Et licet † ratificatum sit laudum & conuentum, vt omnino obseruari debat: huiusmodi autem ratificatio donandi voluntatē non infert, sed adiudicandi seu in solutum dandi: laudum vero vim adiudicationis, vel in vim dationis in solutum conuentiōnis via substinentis: Vbicunq; in vim laudi substineri non potest. & præsertim, quia huiusmodi obseruantiae promissio † à tabellionibus in laudorum ratificationibus ex consuetudine apponi solet: & ideo non videtur adiudicationem, seu ipsam in solutum dationem in donationem transferre, argumento eius, quod dixit Bar. de clausula † codicillari, quæ à notariis ex consuetudine apposita intelligitur. l. i. ff. de iure codicil. Nam, vt dixit gl. in l. nuda. ff. de contrahen. emptio. dum ait, nudam & imaginariam venditionem pro non facta haberi: gl. exponendo dicit, id ideo esse, quia fingit vendere, cum non vendat. Nec etiam agit vt valeat tanquam donatio: Et ideo infert tunc imaginariam venditionem in vim donationis valere, cum constat partes sub velamine venditionis donationē facere voluisse. Quapropter cum de hoc non constat, consequens est vt à forma actus non recedatur, vt est tex. & ibi notat in l. si alijs ff. de vsufr. legato. & argumēto eorū, que notat Ias. in l. 3. C. de liber. præterit.

C A P . XXX.

A R G V M E N T V M .

Datio in solutum & adiudicatio in fraudem creditorum, non valet.

S U M M A R I A.

- 1 *Datio in solutum vel adiudicatio in fraudem creditorum facta, censetur simulata, & ideo non subsistit.*
- 2 *Adiudicatio vel datio in solutū facta fratri de omnibus bonis fratris, viderur simulata, & præsertim si alter frater, cuius bona adiudicantur, est ære alieno grauatus & remansit in possessione.*

Nono etiam dationem in solutum, seu adiudicationem non subsistere, dicendum est † cum in fraudem creditorum facta est. l. i. & l. omnes. §. Lucius ff. quæ in fraud. credit. & tradit Bened. Capra in consil. 18. num. 4. Creditorum autem in solutum dans vel adiudicans, notitiam habere præsumitur, ut notatur in l. ait prator. ff. de his, quæ in fraud. credit. Si testamenteri notitiam habuerit: Et id eo magis locum habet: si huiusmodi bona pro minori quam essent summa, data sint, cum in eo quod maioris estimationis sunt, donasse videantur, ut latius inquit ibi Capra. Et ideo quando subsisteret reuocanda esset. Vnde etiam est quod adiudicatio, † seu in solutum datio in alterū fratrem omnium honorū fratris simulata præsumatur & præsertim si ille frater, cuius bona omnia alteri fratri adiudicantur, vel in solutū dantur, ære alieno oppressus est, & deinde continuo post ipsam adiudicationem, seu in solutum datio nem possideat. dicta l. omnes. §. Lucius ff. quæ in fraud. credit.

C A P. XXXI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 *Datio in solutum seu adiudicatio, an usuraria, & in fraudem usurarum facta præsumantur ob pretij modicitatem.*

Decimo, prosequendo simulationem, quæri potest, † an vbi concurrunt in adiudicatione, seu in solum datione modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, ipsæ simulate fœneratitie & in fraudem usurarum factæ præsumantur? Quia in re cum variæ sint Doctorum opiniones, quid quisq; senserit breuiter percurramus. In primis igitur hæc duo nō sufficere, voluit Paris. in consil. 75. nn. 33. vol. 4. cum velit dispositionem c. ad nostram, extra de emptio. & venditio. & c. illo vos, extra de pigno. tunc locum habere, cum pecunia numerata est. At secus si pro suo credito aliquid cuiq; in solutū datut, propter ea quod in eo casu modicitatem pretij & pactum de retrouendendo contractum fœneratitium non efficiant, ut consuluit Fulgos. in consil. 134. in questione versa. col. 2. quem sequitur Dec. in consil. 167. col. 2. & 3. & iterum idem tradit Decius in consil. 308. n. 6. vbi partier cocludit, dationem in solutum ex eo quod interuenit modicitas pretij, & pactū de retrouendendo, fœneratitiam non præsumi. Præterea quod datio in solutū, seu adiudicatio, in hoc à vēditione differat, & ideo vt venditio ob modicitatē pretij, & pactum de retrouendendo, fœneratitia nō præsumatur, voluit Gozad. in l. 2. num. 154. C. de pact. in terempto. & vendit. Mouetur autem ea ratione, quod contractus venditionis ex vtraq; parte voluntarius sit: datio vero in solutū, seu adiudicatio sit necessaria, & si non ex vtraque parte, ex illius saltem, qui

suum creditum consequi procurat. Comprobat etiam ex eo quod in datione in solutum, seu adiudicatione, tempore ipsius dationis nulla pecunia numeratio interuenit, prout videtur etiam cōcludere Decius in d. consil. 167. & in consil. 18. col. 2. & in consil. 86. col. 2. Itē qd datio in solutū seu adiudicatio cum pacto de retrouendendo, & modicitate pretij, tanquam fœneratitia non retractetur, tenet etiam Cagnol. in l. 2. num. 54. C. de empt. & vendit. & idem tenet l. a. in consil. 151. & in consil. 152. vbi late discutit hanc conclusiōnem. Ex quibus videretur concludendum, contractum fœneratitium & in fraudē usurarum contractum non esse, concludi debere: sed omnino subsistere & valere. Contrariam vero opinionem tenet idem Parisius in consil. 54. num. 82. vol. 1. inquiens etiam in datione in solutum, seu adiudicatione, an sit pignus vel venditio coniecturis & comprehendendi, ut inquit Socin. sen. in consil. 93. col. 3 & 4. vol. 1. & Imola in consil. 99. quest. in fine. & Decius late in consil. 92. vbi late alios congerit, parte 4.

Præcedens tamen conclusio limitatur, vbi cuncta concurrunt, scilicet modicitas pretij, pactum de retrouendendo, & quod accipiens in solutum, vel ille cui fit adiudicatio, sit solitus fœnerari, ut voluerunt Paris. in d. consil. 54. num. 82. vol. 1. & Soci. sen. in consil. 93. colum. 3. & 4. vol. 1. Nam licet, ut diximus, inter Doct. nostros non leuis sit controversia tam in venditione, quam in adiudicatione, seu in solutum datione, an modicitas pretij cum pacto de retrouendendo sufficiant ad hoc ut contractus fœneratitius iudicetur: attamen vbi prædicta tria concurrunt, ut contractus fœneratitius dicatur, omnes conueniunt, ut inquit Alex. in consil. 107. r. i. p. processu, vol. 4. & dicit hanc esse magis communem opinionem, quam sequitur Socin. sen. in consil. 348. nunquid, & Decius in l. rogaſti. ff. si cert. pet. & Iac. de Arena, & Anch. & Salycet. in l. emptione. C. plus vale. quod agit. & Diaz. in consil. 167. in causa, enumerat Doctores, qui hanc conclusiōnem sequuntur: & illos, qui contraria adherent.

Secundo limitatur, vbi cuncte aliqua constitutione aliter prouisum est, ut puta exempli gratia Florentia, vbi extat constitutio synodal is à summo Pontifice approbata, quæ omnem altercationem substulit: Disponit enim ipsa, ut vbi cuncte modicitas pretij ultra tertiam iusti pretii cum pacto de retrouendendo concurrat, contractum in fraudem usurarum contractum præsumi; si vero & illud tertium, quod sit solitus fœnerari concurrat, satis sit, si proberur modicitas pretij ultra quartam. Hæc enim constitutio, cum fuerit à summo Pontifice approbata & confirmata, attendi & obseruari debet: Nam licet fortasse dici posset, synodus talem constitutionem facere non potuisse, ut habetur in c. fin. extra de offic. Archipresbyt. & notat Dom. à sancto Gemin. in c. non solum, de appell. distin. t. accedente tamen summi Pontificis approbatione & confirmatione, de eius validitate dubitandum non est. Confirmans enim actum, quem potest reprobare, & præsertim cum actus ex se non valet, illum iterum facere dicitur, ut inquit Bald. in l. si donatio. C. de donatio. & ponunt omnes recentiores in l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Canonista in cap. cum accessissent, extra de constitutio. Et dubium non est, in vitroque foro, vbi agitur de peccato, ius canonicum attendi & obseruari. c. i. & ibi gloss. & Abbas, extra de noui oper. nun, & in capit. possessio, de reg. iur. in 6.

Cap.

C A P . XXXII.

A R G V M E N T V M .

Coniectura prima pro fœneratio contractu.

S V M M A R I V M .

I. Pactum vt quodam elapsō tempore quis retrouendere teneatur, & non antea, contractus fœneratitius præsumitur.

Quoniam, vt diximus coniecturis & præsumptionibus contractus fœneratitius iudicatur: i merito animaduertendum est, vt + vbiunque pactum in chirographo vel in instrumento appositorum disponit, vt ille cui bona adiudicantur, vel in solutum dantur, non teneatur intra tempus ad redimendum concessum retrouendere: immo disponit, vt ad retrouendendum nisi quodam tempore elapsō cogi non possit: contractus fœneratitius censetur. cap. ad nostram, extra de emptio. & venditio. vt tradit etiam Abbas, & voluit Alexand. in consil. 107. in fine, volum. 4. & tenet Capol. in tract. simul. in penult. præsumptio.

C A P . XXXIII.

A R G V M E N T V M .

Coniectura secunda pro fœneratio contractu. Gabella contractus nicumbit emitori.

S V M M A R I V M .

I. Pactum vt gabella soluenda spectet and venditorem, est præsumptio simulationis, & efficit vt contractus fœneratitius præsumatur.

Secundo, contractum + esse fœneratitium inde colligitur, quod gabella si qua soluenda sit ex dicto contractu, pertineat ad venditorem, cum onus soluendi gabellam de iure communis ad emptorem pertineat. l. debet. ff. de adilit. editio. Et præsumit cum vendor, cui huiusmodi onus contra formam iuris iniungitur ad eius solutionem non tenetur: Quod autem huiusmodi pactum contractum esse fœneratitium denotet, tenet Alexand. in consil. 46. vol. 3.

C A P . XXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

I. Fructus, vel pensiones, vbi contractus est fœneratitius, in sortem computantur.

Illud etiam hoc loco prout saepe, supra diximus, adnotandum est, vbiunque contractus fœneratitij sunt, fructus + & pensiones in sortem computandas esse, cum in huiusmodi contractibus emptores & illi, quibus in solutum datur seu adiudicatur, fructus suos non faciant. d. cap. ad nostram, extra de emptio. & vendit. & est etiam text. in l. 2. C. de pignor. actio. cum alijs vulgaribus supra deductis.

C A P . XXXV.

A R G V M E N T V M .

Datio in solutum & adiudicatio non obseruata forma non valet.

S V M M A R I A .

- 1 Datio in solutum, non seruata forma collata, sive ad iudicatio, nulla est.
- 2 Forma data nihil addi vel minui potest, sed ea ad unguem seruanda est.
- 3 Actus factus non seruata forma, est ipso iure nullus.
- 4 Index procedens forma iuris vel statutorum non seruata, vt priuatus procedere dicitur.
- 5 Index qui non seruata forma iuris vel statutorum procedit, dicitur per errorem & ex falsa causa procedere.
- 6 Datio in solutum vel adiudicatio, quando per errorem vel ex falsa causa facta est, tenetur is, cui facta est. rem una cum fructibus ei qui fecit, restituere.
- 7 Posidens rem, quando titulus reducitur ad non titulum, rem ipsam cum fructibus restituere tenetur.
- 8 Extimatores, an testes esse possint: & an illos inducens eorum extimationem approbare videatur, vel eorum dictum, & quando probent.
- 9 Testium dictum, an producens approbare videatur.

VNdecimo, non subsistit adiudicatio, sive in solutum datio, + quando sunt forma iuris vel statutorum non seruata: Et illud pro forma inducitum dicitur, quando modo à statuto adiicitur, praeter iuris communis dispositionem, vt inquit Soen. senior in consil. 92. col. 3. vol. 4. & Aymon. Crauet. in consil. 182. num. 10. vol. 1. prout etiam idem dicendum esset, si rubrica statuti, modi & formæ intentionem faciat, vt ait Felin. in c. cum dilecta, nu. 35. extra de re script. Quando igitur forma aliqua assignata est, ab ea recedendum non est, vt inquit Bald. in l. fin. §. hoc quidem. C. de iure liberan. & Decius in consil. 10. Magis enim attenditur forma quam ratio legis vel statuti, vt inquit ibidem Bald. in l. 1. de liber. & posthum. Forma namque à statuto introducta in dubio substantialis censetur, vt inquit Alex. in consil. 50. in causa & lite, num. 4. volum. 5. & Decius in consil. 222. colum. 1. Et ideo formæ data + à lege vel statuto, nihil addi + vel minui potest, sed ad unguem seruanda est, vt ait idem Decius in consil. 77. col. 1. in prin. & late tradit Paris. in consil. 99. nu. 25. volum. 1. & Neui. in consil. 50. nu. 18. Alioquin + actus nullus fit, vt voluit Decius in d. 3 consil. 222. col. 2. & Riminal. in consil. 280. num. 5. volu. 1. Et id etiam verum est, si à rusticō & per errorem omissatur, vt inquit idem Decius in consil. 284. col. 2. & Ias. in consil. 197. col. 1. vol. 2. Et impossibile est formæ substantiali æque substancialē cōiungere, vt dixit Bal. in l. quidam elogio. C. de iure liber. Debent igitur nulla dici adiudicatio vel in solutum datio, + cum iudex procedens, (loquimur enim de judiciali adiudicatione, vel in solutū datione) vt priuatus procedere dicatur, vt inquit Oldr. in consil. 227. detecto themate, col. 1. in fine. Cum. n. in ipso iudicis decreto supponatur estimationē recte factam præcessisse, statutorumq; respectiue locoru formam seruatā fulisse: Iudicem + errore ductum, & ex falsa causa motu esse dicendum est, & manifeste apparer. Quando + autē in solutū datio ex falsa causa vel per errorem, tenetur ille, cui fit, rem vel bona ipsa in solutū data una cum fructibus restituere, vt inquit Fulgos. in consil. 190. nu. 2. in fin. & Calcan. in consil. 76. in fin. & Decius in consil. 403. n. 21. Ratio vero ea est, quia ré possidens, + cum titulus ad nō titulum reducitur, semper rem cum fructibus restituere tenetur, vt notat Rom. in consil. 454. & Anchār. in consil. 133. num. 2. & Abb. in consil. 43.

prop̄

Prope finem, & Curt. sen. in consil. 71. colum. penultim. in versic. ex his etiam manifeste, & Fel. in cap. cum causam, colum. antepenult. numero 3. extra de re iudic. Nec praedictis repugnare videtur, quod vnu vel plures ipsorum aëstimatorum, pro testibus ab ipso debito, cuius bona in solutum data fuerunt, vel adiudicata, producti fuerint, propterea quod inde nō interfertur, vt eorum aëstimationem approbare voluerit: nam licet testes contra illos producentes optimè probent, vt inquit Parisius in consil. 23. nu. 1. vol. 4. ut tradunt Abbas, Felyn. & alij in cap. examinata, extra de iudic. & plenius tradit idem Felyn. in cap. si cautio, columna ii. & sequen. versicul. fallit nono, extra de fide instrumen. post gloss. in l. cum precum. C. de liber. causa. Attamen non ita probant, quin impugnari ab eodem eos producente possint. Nam tamen eos produceret eorum personam, nō autem dicta approbare dicitur, vt inquit Salyc. in l. si quis testibus, versic. quarto quero, de testib. & Anton. à Burrio in cap. cum venerabilis, col. 5. extra de exceptio. & Angel. in auth. qui semel, col. 2. C. de probatio. & Alex. in consil. 66. col. 2. vers. item non obstat, vol. 1. & Felyn. in c. veniens, il 2. col. fin. extra de testib. & Aegid. Boff. in tit. de publi. process. & testi. num. 14. Et ideo intelligendum est, quando plene deponunt, secus si minus plene: quandoquidem licet ratione eorum personæ impugnari non possint ab eo, qui eos produxit, poterunt tamen dicti ratione impugnari, vt inquit Bartol. in l. si quis testibus. C. de testib. & Bald. in l. bonæ fidei, num. 7. vel 8. C. dreb. cred. & Felyn. in d. cap. veniens, num. 25. in fi. extra de testib. & in d. cap. causam qua. in princ. extra de senten. & re iudic. & Hippol. Marbil. in singul. 92. & Specul. in tit. de instrum. editio. §. instrumentum, num. 33. & late tradit Salyc. in d. l. si quis testibus, num. 4. & seq. C. de testib. & Lanfranc. in c. quoniam contra, in versicul. testium depositio, num. 82. extra de probat. & tradit etiam Capitius in decis. 62. num. 6. & Alexan. in d. consil. 66. col. fin. vers. item non obstat, vol. 1. & Rom. in consil. 104. pater reverende, in fi. quem sequitur Ias. in rub. ff. de iure iuran. & in consil. 57. colum. 4. in lib. Licet eum reprobet Aymon Crauetta in tract. de antiquit. temp. in 1. parte, num. 107. Vnde redeundo ad rem nostram, si ex forma statuti alicuius loci requiratur, vt duo viri (vt aiunt) legales & practici elegantur: & si eos inducendo legales esse fateatur & faciat, non tamen vt practici sint inde inferri potest: cum ex diuersis non inferatur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Cumque ad ipsam in solutum datationem seu adjudicationem infligendam & annullandam inducti sint, contrarium efficere contra inducentis intentionem non debent. l. non omnis. ff. si cer. pet. cum vulgaribus.

C A P. XXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

¹ Datio in solutum collata in creditorem absentis à curatore legitime etiam constituto & creato, non vallet, nec tenet.

¹ Dodecimo, non subsistit tamen datio in solutum collata in creditorem absentis à curatore etiam legitime constituto: cum ipse curator de credito illius certior factus non est: cui in solutum datur. De eo enim constare debet: & ideo potius donatio quam in solutum datio dici debet, vt inquit Roland. à Valle in consil. 48. numero 18. versicul. vltius

dato, volum. i. Donare autem curator nullo modo potest. l. contra iuris. §. ff. de pact. & ita cōculuit Aret. de quadam donatione facta à procuratore hæreditatis iacentis, in consil. 109. col. 1. subdens eam ideo agenti petitione hæreditatis non obstat, id quod voluit etiam Barbat. in consil. 65. colum. penul. volum. 2. dum concludit hæreditatis petitionem tunc dati contra titulo possidentem, cum alienatio, deficiente solemnitate, non subsistit.

C A P. XXXVII.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum à Tute vel Curatore sine decreto fieri nequit.

S V M M A R I A.

- 1 Tutor bona pupilli in solutum dare nō potest, & idem est de curatore circa bona minoris.
- 2 Datio in solutum bonorum pupilli vel minoris, sine decreto iudicis non subsistit.
- 3 Datio in solutum crediti pupilli vel minoris, an à tute vel curatore fieri & conferri posat.
- 4 Datio in solutum iurum & bonorum pupilli, vel adulti, collata in creditorem ipsorum pupillorum vel minorum à tute vel curatore, valet interueniente patris consensu.
- 5 Datio in solutum seu alienatio facta à tute vel curatore sine decreto iudicis subsistit, si fiat de licentia iudicis.
- 6 Alienatio facta à tute vel curatore sine decreto iudicis valet, si permittatur à testatore.
- 7 Datio in solutum seu alienatio facta à tute vel curatore sine decreto iudicis, non subsistit, nisi sint res, quae vnu consumuntur.
- 9 Fructus conservare ad tempus pecunia tutor non teneatur, nec exportare venales extra locum, sed ibi vendere maiori pretio.

¹ Ecimotertio, dicimus tute, vel curatorem bona tamen minoris in solutum dare non posse, vt inquit Corn. in consil. 92. num. 4. vol. 4. & tradit Bertran. in consil. 89. num. 5. vol. 2. Et ratio est, quia sine iudicis decreto tamen valere non potest. l. non est vobis, & l. non solum, & l. & si is, & l. si pradium. C. de præd. & aliis reb. mino. cum similibus, prout etiam decisum fuit in Cappel. Tholos. in decis. 403. Nam cū ibi quereretur, an tutor in solutum id quod tamen pupillo debetur, dare possit, eius creditoribus in solutum, vel actiones ei competentes cedere, vel transferre sine iudicis authoritate possit? Conclusum fuit ita distinguendo: Aut enim dicitur ibi, actiones prædictæ ad id competunt, quod aequum ipse tutor sine iudicis decreto alienare poterat: & tunc datio in solutum, cessio vel translatio sine iudicis decreto facta subsistat. l. pupilli debitor. ff. de solutio. & l. tutor ad utilitatē. ff. de admin. tut. & l. potest. ff. de auth. tuto. & l. nouare. ff. de nouatio. Secus vero si actiones ad illud competant, quod sine iudicis decreto alienari non possunt: quoniam tunc datio in solutum, vel cessio, sine decreto iudicis subsisteret non potest. l. restituta. §. pupillus. ff. ad Trebell. & ita dicunt intelligere Bartol. & Cyn. prædicta in l. 1. C. si aduers. venditio. & est text. in l. vetere. §. si minor, alias est l. 1. C. de præd. mino. & ibi voluerunt Ioan. Faber, Barto. Bald. & Salyc. ad illam tamē additionem in d. additione ad de-

ad decis. 403. Tholosanam, dum limitat aliquibus modis hanc conclusionem Dicit enim ibi limitari,
 4 † quando patris consensus interuenit. *l. si probare.*
C quando deere opus non est. & ibi Bartol. & Bald. Nec obstat, si dicatur, ex quo tractamus de pupillo, patrem prædecessisse oportere: quia id pluribus modis accidere potest: ut puta, quia ita paterno testamento dispositum sit, vel quia aliqua intercesserit conuentio inter patrem pupilli, & eum in quem alienatio facta est, aliisq; multis modis. Secundo lis miratur, cum alienatio † præcedente Principis licentia sit. *l. illud. C. eod. tit.* Tertio etiam, quando alienatio † à testatore permittitur. *l. si prædium, in princ.*
 7 *C. eod. tit.* Quarto, † si sint res, quæ vnu cōsumuntur, ut habetur in eadem *l. §. fin. vbi Bartol. Bald. & Salyct.* Quinto limitatur etiam in fructibus: nā eos tutor sine iudicis decreto vendere potest. *l. fin. §. fin. vbi Bal. C. de admin. tuto.* Nec eos conseruare tenetur † ad tempus pecuniae, & cum annona carior est.

Nec extra locum, vbi orti sunt, ad vendendum exportare: sed eos eo in loco cōmuni pretio vendere debet, vt ibidem tradit Bartol. Si autem vendere differat aliquid quod postmodum decrescat, ad interesse teneatur, ut inquit Bartol. in *l. si reos. C. de peric. tuto.*

C A P . X X X V I I I .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

i *Datio in solutum, vel adiudicatio, sibi ipsi à se ipso facta non subsistit.*

Decimoquarto, datio † in solutum, seu adiudicatio, sibi ipsi à se ipso facta non subsistit, vt est text. in *l. non distinguimus. §. de officio. ff. de arbit.* & in *l. unica. C. ne quis in sua causa iud. sit, vel ius sibi dicat.*

C A P . X X X I X .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M .

i *Datio in solutum, que sit nullo iuriis ordine seruato, & nulla sententia precedente, nulla est.*

Decimoquinto, datio in solutum, seu adiudicatio, † si fiant nullo iuriis ordine seruato, nullaque sententia præcedente, nullæ sunt. Nam ex quo pro executione sententiæ facta non fuerat, nec ex secundo decreto: Sed quia à Principe impetrata est, debuit seruari ordo, de quo in *l. fin. C. de iure dom. impetr.* alioquin illa omissione actum nullum reddit. *L. cum hi. §. si prator ff. de transactio.* Nec obstat, si fortasse ab ordine illius legis recedatur ex forma statuti, prout regulariter ab illo ordine vi statutorum recessum saepe videmus, ut inquit Bart in *d. l. fin.* Propterea quod nos loquimur, quando Princeps statuto de datione in solutum, vel adiudicatione loquimur: ea namque Principis derogatione rem ad ius commune reduci certum est. *c. cum accessissent, extra de constit.* & ibi notant Docto. Iuri autem communi Princeps derogare non solet, ut inquit Ruin. in *conf. 60. num. 30. volum. 2.*

C A P . X L .

A R G U M E N T U M .

Datio in solutum vel Adiudicatio à iudice aliter facta quam ei rescriptum est, non valet.

S U M M A R I A .

- 1 *Datio in solutum seu adiudicatio, si iudex cui committitur, excedat fines mandati, non subsistit.*
- 2 *Hæres in mora constitui non potest, nisi prius denuncietur debitori, vt satisfaciat eo modo, quo promissio facta est, cum dimissione etiam instrumenti dotalis.*
- 3 *Debitor à iudice debet certiorari, cum promissio est alternativa.*
- 4 *Datio in solutum potest fieri in alia re, prout debitori est vitius, cum promissio est alternativa.*
- 5 *Facultas eligendi soluere in alia re creditoris auferri nō potest, nec Princeps id velle rescripto presumitur.*
- 6 *Rescripta debent intelligi secundum ius commune.*

Decimosexto, iuxta prædicta Doctores de huiusmodi conclusione querere solent. † Princeps rescriptit, vt supplicant constituatur dos promissa, & alia fiant, quæ ipsi promissores facere tenentur, nō obstantibus statutis de in solutum dationibus aliter disponentibus. In hac enim specie, ex quo Princeps mandat dotem constitui, ac iudicem curare ut alia fiant, quæ ipsi promissores iuxta formam conuentio[n]is facere tenentur: si iudex fines mandati & rescripti excedit, quicquid ipse facit, nihil est, cap. cum dilecta, extra rescript. & *l. diligenter. ff. mandat.* Et ideo si datio in solutum seu adiudicatio aliter fiat, quam in mandato & rescripto continetur, ipsa datio in solutum seu adiudicatio non subsistet. Si igitur ad rem nostram redeundo dos fortasse promissa sit, vel quid aliud alternatiue, † Iudex in primis debitori mandate & præcipere, & debet, vt eo modo satisfaciat, quo promissio facta est, vt scilicet in pecunia, vel bonis satisfaciat, prout conuentum & promissum fuerit, vt notatur in *§. curare. Institut. de actio. ac etiam vt intra quoddam constitutum & determinatum tempus eligat in pecunia, vel in bonis satisfacere velit. l. si mancipiorum. ff. de optio. legata, prout etiam notat Bartol. in l. cum qui certarum. §. fin. ff. de verborum obligatio. & id cum dimissione exempli ipsius instrumenti dotalis, vel promissionis: Quandoquidem cu[m] hæredes factum defuncti ignorare præsumantur, aliter in mora constitui non possunt. l. si qui inficiatus. ff. depositi. & l. nomen. C. quæ res pigno. obliga. poss. & clemen. causa, de electio. & faciunt ea, quæ notat Bartol. in l. prima, questio. II. ff. de oper. noui nuntiatio. & in l. quod te. ff. si cert. peta. & in l. grege. ff. de pigno. & in l. qui in alterius, in principio. per illum text. cum glos. ff. dereg iur. & tradunt imola, & Alex. in l. de peculio. §. qui procuratorio ff. de oper. noui nunciatio. cum alijs concordantib. de quibus ibi. Vel saltē debet Iudex † debitorē certū reddere illius alternatiue promissionis, vt notat Bar. in l. nō solum. §. morte, quæst. 2 principali, eodem titulo, & Ang. in l. fin. ff. de lege commissio. tunc auctem debitore vel eius hærede non eligente, electio in creditorem transfertur, ut iterum tradit Bart. in d. l.*

in d. l. cum qui. § fin. per tex. in l. prima, cum sequenti. ff. de solutio. & per ea, que notantur in l. haredes. §. incerto. ff. famil. erciso. Vel alia res electa intelligetur, prout dexterius erit debitori & creditori vtilius, argumen-
l. scimus. §. penult. C. de iure delibera. & facit text. in l. de etate. §. qui tacuit ff. de interroga. actio. & illud, quod notat Bart. in l. quandiu, l. vltima ff. de acquirere. heredi. Et ideo si ei vt lius sit in alia re sibi satisficeri: utique datio † in solutum tunc in quibuscumq; bonis fie-
ri poterit, vt habetur in auth. hoc nisi debitor. C. de solut. Ante vero debitoris electionem, vel eius moram, seu contumaciam in eligendo, iudex alias res ab his diuersas, de quibus in instrumento promissio-
nis habetur, in solutum dare non potest, nec debet:
& si aliter fecerit, datio ipsa non subsistet. Debito-
ri † namq; eligendi facultatem Iudex auferre no-
potest, nec etiam si de rescripto loquamur. Prin-
ceps id velle prasumitur. Et licet non expreserit:
ita tamen intelligendum & interpretandum est,
ex quo rescripta † iuxta iuris communis interpre-
tationem intelligi debent, cap. causam, que. extra de
rescript. & c. licet, extra de praben. ac etiam sine tertij
praejudicio, secundum Bald. in l. prima, versiculo fin. C.
de constitut. Princ. & facit text. in l. secunda. §. merito, &
§. si quis a principio ff. ne quid in loco publico. & c. quam-
uis, de rescript. in 6. & tradit. Ruin. in cons. 6. num. 28.
& 29. volum. secundo.

C A P. X L I.

A R G V M E N T V M.

Datio vel adiudicatio in solutum
quando valeat omissa citatione.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum, quando nulla sit ob omissam cita-
tionem.
- 2 Citandi sunt illi nominatim, vt valeat tenuta & da-
tio in solutum vel adiudicatio, qui sunt in prima
causa successionis, & num. 8.
- 3 Filius pupillus est nominatim citandus, quando pri-
ma causa successionis ad eum pertinet: & an satis
sit, pupillum citare. & infra num. 6.
- 4 Citari consanguinei & vicini pupilli debent, quando
pupillus tutoe caret.
- 5 Citari debet pupillus cum tutoe, si tutoe habet. &
infra. num. 6.
- 6 Hareditas iacens, quando citari debeat. & num. 8.
- 7 Citatio, quando non firmet personam citati.
- 8 Citatio, quando potius habeat naturam notificatio-
nis.
- 9 Notificatio, quare & quando requiratur.
- 10 Notificando item pupillo, non dicitur moueri iudi-
cium aliquod principaliter contra ipsum.

Decimo septimo dicendum est, tenutam seu † adiudicationem in solutum, nullam esse, & ex consequenti non procedere, quando ille qui est in prima successionis causa non fuit nominatim citatus, vt dixit Bartol. in l. si quis ita instituatur, in vers. item si conditionis. ff. de hered. instituen. & tenuit Alex. in consilio 107. perspectis statutis, de quibus in the-
mate, volumine quinto. vbi hanc conclusionem late ex-
aminat: & idem tenuit Aret. in cons. 26. Et ideo quando prima causa successionis ad filium pupillum perti-
net, † vt habetur in authen. successione. C. de suis & le-

git. & in l. in suis ff. de liber. & postibum, ipse filius no-
minatim citari debet: quando autem est pupillus,
† satis non est, si ipse simpliciter citetur: quando e-
nim † tutoe caret, consanguinei coniuncti & vi-
cini ipsius pupilli citari debent. l. haec autem. §. pri-
mo. ff. ex quibus caus. in possesse. eat. per quem textum, Imo-
la, & Alexand. post Bal. in l. si ex legati causa. & sequen-
ti, & d. l. contra pupillam. ff. de re iudic. & Bal. in l. si quis
instituatur. §. si cui ff. de hered. instituen. & Alexand. in
l. neque ff. de in ius vocan. Dum inquiunt, † pupillum
si tutoe habet, cum tutoe citandum esse: si au-
tem eo careat, ultra ipsum pupillum coniunctos ac
vicinos illius citandos esse. Et ideo si ipse pupillus
tantum tanquam is, ad quem prima luecessionis
causa in patris hæreditate pertinet, ex quo talis ci-
tatio valida & iuridica non est, pro no facta haberi
debet, quo sit vt ipsa in solutum datio seu adiudi-
catio nulla sit, argumento tex. in l. 4. §. condemnatum.
ff. de re iudica. & iradunt Doct. in locus supra relatis, &
ultra predictos Paul. Castren. in l. 2 ff. de condic. furti.
Huic autem obiectioni respondent Docto. eam
tunc † procedere cum principaliter agitur contra
pupillum: securus vero † si principaliter contra
hæreditatem iacentem agatur, quæ defunctum
ipsum: non hæredem futurum refert. d. l. cum hæ-
reditas. & l. in eo, in si. & in l. sequenti. ff. de acquir. rer. do-
min. cum alijs concordantibus. Tunc enim huiusmodi
citat. † illorum, ad quos prima successionis causa
pertinet, tanquam citatio haberi debet, alicuius fa-
cta seu commissa, de cuius interesse tractatur, quæ
aliquin † personā citati non firmat, vt inquit Bal.
in l. fin. col. 8. C. de edicto divi Adrian. tollen. Immo si re-
cte animaduertatur, † cuiusdam potius notifica-
tionis litis contra hæreditatem iacentem motę na-
turam sortiri videtur: Quæ sane ideo requiritur,
† vt adita hæreditate, si ei videbitur, contradicere
possit: Et ideo satis esse, si huiusmodi iudicium ci-
tationibus ad instantiam agentis factis pupillo no-
tificetur vicinis ac coniunctis ipsius, vt agenti nihil
imputari possit, quod ad suum officium pertinere
videatur, argumento eorum, quæ habentur in l. si
dictum. §. fin. ff. de euictio. vbi habetur, satis esse si soli
pupillo tutoe non habenti lis notificetur. Nam
item pupillo notificando, † iudicium aliquod prin-
cipaliter contra ipsum moueri non dicitur, & præ-
sertim si in ipsis iudiciis mos & stylus curiae, prout
in aliis iudiciis contra hæreditatem iacentem ser-
uatus sit, existente etiam pupillo, ad quem prima
successionis causa pertinet: Id igitur ad validitatem
processus satis est, argumento text. & eorum, quæ ibi
notantur, in l. obseruandum. ff. de iudic. per quem tex.
inquit Bartol. in l. iuris peritos, in si. princ. ff. de excusat. tu-
to. stylum curiae seruandum esse, & habetur in authen. qui
semel. C. quomodo & quando iudex. communem vsum
curiarum etiam in citationibus attendendum esse.

C A P. X L I I .

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio
legati facta, Legatario non citato est
nulla.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum, vel adiudicatio ob defectum cita-
tionis legatary, est omnino nulla.

De Executionibus, Tractatus §.4.

217

2. Dominus citari debet.
3. Legatarius in datione in solutum, seu adiudicatione, vt certus contradictor citari debet,
4. Legatum conditionale dominij translationē impedit, pendente conditione.
5. Conditione purificata alienatio cum omni eius effectu annullatur & tollitur.
6. Domini duo in solidum eodem tempore esse non possunt.
7. Sententia licet non transferat dominium, dominum tamen presupponit.
8. Sententia non constituit ius nouum, sed constitutum declarat.
9. Dominium est penes legatarios non illos, qui in solutum acceperunt.
10. Sententia, qua transiuit in rem iudicatam, facit ius inter partes.
11. Melioramenta omnia petere non possunt illi, qui non fuerunt domini bonorum, quae petuntur.
12. Melioramenta quando tantummodo ratione expensarum refici debeat.
13. Melioramenta in sententia stricte intelligi debent.
14. Melioramentorum concessa retentione, illud tantum debetur, quod est impensum, non autem quantum est melioratum ratione temporis.
15. Melioramentorum alia sunt naturalia, alia accidentalia, alia industrialia.

Decimo octavo, non subsistunt datio & in solutum, vel adiudicatio, vbiunque bona legata adiudicantur, vel in solutum dantur, legatario non citato: quandoquidem regula est vulgarissima, do-
minum & citare oportere, prout latissime de hoc dicimus in nostra praxi, & est text. in l. de rno quoque ff. de re iudic. Cum igitur nullae fuerint, conualidati non possunt, nullumque ius tribuunt, vulgata. l. quarta. §. condemnatum ff. de re iudic. Cum igitur & de cer-
to contradicte, id est legatario appareat, merito ipsum in specie citare oportebat, vt notat Alexander in consilio s. volumine secundo, & tradunt recentiores Papenses in l. fin. in principio. C. de iure liberan. Po-
test enim ille, qui in solutum accipit, tunc ignorantiam pretendere, quando deinde producitur instrumentum, in quo de legato appetit. l. non est ferendus. ff. de transactio. & tradit Bartol. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. Nec videtur
obstare, si dicatur, legatum conditionale dici posse, quo casu dominii translatio impeditur. l. fin. §. sed quia materia, C. commun. de legat. quia illud est
verum pendente & conditione: ea vero adimpta & purificata, alienatio cum omni eius effectu tollitur, nullaque redditur, vt est text. & ibi tradunt Do-
ctores in d. §. sed quia materia. Quo sit vt legatarius bona illa vendicare possit, quod sane si dominium esset penes alium, facere non posset. l. si vt ibi, si duobus ff. commoda. Plane duo & eodem tempore in so-
lidum domini esse non possunt: nec etiam dicen-
dum videtur, quod sententiam in fauorem legata-
riorum dominium non transtulerit, sed ius tantum
prætorii pignoris, vt inquit Alexan. in tercia. §. graua.
ff. de acquiren possēt & Bald in l. consentaneum. C. quo-
modo & quando iud. Quia licet sententia & dominium non transferat: dominum tamen cum in eius fauorem profertur præsupponit, & præser-
tim quando tenuta pro iuribus & actionibus &
causis, de quibus in ea confirmatur: Et ideo si

in tenuta legatum narretur: quod sane dominium transfert. l. à Titio. ff. de furt. cum vulgaribus. merito sententia & dominium præsupponit: sententia enim licet nouum ius non constituat, constitutum tamen declarat. l. sicuti. §. sed si queratur ff. si seruit. vendic. & dominii præsumptionem facit, cum pro veritate habeatur; & ex cōsequenti dominium si penes legatarium est; non autem apud illos, qui in solutum acceperunt. Prædicta & autem sententia cum transeat in rem iudicatam, ius faciunt inter partes, & eis standum est. l. prima. ff. de re iudic. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. & l. verum debitorem, & ibi Bart. ff. de condicione. indebiti. Hinc præterea infertur, quod quando rei conuenti bonorum domini non sunt, omnia melioramenta quoque modo facta, tam scilicet impensarum ratione, quam temporis petere non possunt. Etenim cum non sint domini, de eo non valet argumentum, in quem dominium translatum est, vel saltem publicana: cum ex diuersis, ut est vulgatissimum, non fiat illatio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possēt. quando dominium esset translatum ipsa in solutum datione, ad-
huc etiam dicendum est melioramenta & ratione impensarum reficienda esse, vt est regula in l. in fundo, ybi tradunt Doctores & præser tim Bald ff. de rei ven-
dicat. Ut puta si minus impensum, & plus melioratum inspicitur illud, quod melioratum est: Si enim minus melioratum sit, sibi imputet faciens, si plus meliorauit: & id maxime procedit in sententia, quæ pro dote, vel alia re: ac etiam melioramentis retentionem concedit: verba enim sententiæ, cum ipsa sit stricti iuris, propriæ & in melioramentis in-
telligi debent iuxta melioramentorum naturam. d. l. in fundo. sicut vero de instrumento continente euictionem dicendum est: tunc enim venditor vel de euictione obligatus ad omnia damna & interesse ultra expensas tenetur, vt ex iuribus supra relatis appetat, & præser tim in dicta l. eleganter, in principio. ff. de pigno. actio. & habetur in l. si pradium. ff. de euictio. Et sic procedunt in empropte, vel in eo qui recipit in solutum contra venditorem, prout leges illæ loquuntur: nam directa vel vtili ex empropte actione quicquid eorum interest consequuntur, in quo illud etiam continetur quo meliorata sunt etiam temporis ratione: Id autem in legatariis & sicut in casa nostro non procedit, cum legatarii pro euictione contra hæredes debitoris obligati non sint. Præterea quod reseratio in his terminis restringatur, & iuxta melioramenta à iure debita restringatur, vt notatur in l. sumptus. ff. de rei ven-
dic. & in dicta l. in fundo, eodem tit. ex eo manifeste ap-
petat: & nam si quando est pro melioramentis con-
cessa retentio, illud tantum debetur quod impensum est, non autem quantum fuerit ab impendente melioratum, vt habetur in dicta l. in fundo, cum ibi notatis: certe multo minus retentio data intelligi-
tur pro melioramentis, quæ temporis ratione pro-
ueniunt, in quibus nihil impensum est. argumento authen. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. Illud etiam animaduertendum est, tenutarios ad illa tantum melioramenta teneri, quæ facta sunt in eisdem bo-
nis, in quibus tenuta concessa est, vt habetur in d. l. in fundo. ad ea vero, quæ in rebus extra concessio-
nem tenuta facta sunt, non tenentur. Nulla enim lege cauetur, melioramenta extra rem petitam &
restituendā facta, cum debeat ipsi meliorantibus

T

rem.

remanere, ut habetur in d.l.in fundo, refici debere: is Melioramenta † siue sint naturalia, siue accidentalia, vt puta per alluionem, vel industrialia, vt tradunt recentiores Papiones in l. quod in rem. ibi, si quis post. ff. de legat. primo. tunc tantum restituenda sunt; si in fundo cui facta sint, non autem extra fundum.

C A P. X L I I I .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M .

Datio in solutum, an rescindatur remedio l. 2. C. de rescind. vendit.

Decimonono videndum est, † an datio in solutum vel adiudicatio, remedio l. 2. C. de rescind. vendit. rescindi & annullari possint? Hac in revariae extant opiniones: Alij enim huiusmodi remedium d.l. 2. C. de rescind. venditio. in datione in solutum, vel adiudicatione locum non habere existimarent, per text. in dicta l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. dum ibi habetur, creditorem qui pignus in solutum accepit, quicquam aliud petere non posse, & ideo huiusmodi remediu omnino cessare, & ita post Bal. & Roman. voluit Aret. in l. si quis cum aliter, colum. 5. C. de prad. mino. & Hercula. in d.l. à Diuo Pio. §. si pignora, colum 1. & facere inquit illud, quod scribit Decius in consilio 59 2. Præterea eandem opinionem sequitur Paris. in consilio 51. num. 38. volum. 2. & Ias. in dicta l. à Diuo Pio. §. si pignora, colum. 2. versicu- lo, secundo ex isto tex.

Contrariam vero opinionem firmarunt Oldra. & Ioan. And. quos refert Alexan. in d.l. si quis cum aliter, colum. 5. Et mouentur ea potissimum ratione, de qua supra late suo loco tractauimus: videlicet, quod datio in solutum emptioni similis sit & venditioni: & ideo in ea, prout in emptione & venditione, dispositio d.l. 2. C. de rescind. venditio. locum habeat. Item hanc opinionem sequitur Alber. de Rosate in d.l. 2. C. de rescind. vendit. & Imola in d.l. si quis cum aliter, colu. fin. dum inquit, venditionem cum iudicis decreto factam, remedio d.l. 2. retrahari: quia licet pro iudicis facto presumatur, eiusve auctoritate, vt inde tamen inferatur necesse non est, quin sit iniustum & quin re vera deceptionem continere possit. Eandem etiam opinionem firmauit Antonius Malegonella, suæ ætatis excellensissimus Iureconsultus & Aduocatus Florentinus, auctoritate Bald. de Bartoli in d.l. si quis cum aliter. alterens eum sequi hanc partem affirmatiuam, & Alexandr. distinctionem refellere, ob id quod menti Oldradi & Ioannis Andreæ repugnare videatur. Hanc opinionum diuersitatem Alex. in d.l. si quis cum aliter, foedere distinctionis concordare conatur: Illud enim, quod dixit Oldrad. & sequitur Ioann. Andre. in datione in solutum extra iudiciale consensu & voluntate partium sine iudicis interventu facta, quæ in rem iudicatam non transit. cap. concertationi, de appellat. in sexto, locum habere arbitratur, & ideo rescindi possit remedio d.l. 2. At opinio Bald. & aliorum, quos supra retulimus, in adiudicatione iudiciale procedit: & ratio est, quia cum in rem iudicatam transeat, rescindi posse non videtur. c. quod ad consultationem, extra dere iudic. & l. secunda. C. quando protocare non est necesse. Hanc distinctionem simpliciter sequitur Fabian. de Monte

in suo tractatu de empt. & vend. in 8. qu. principali, col. 3. & Pantal. Cremen. in d.l. secunda. in 11. limitatione. C. de rescind. vend. & in c. cum causam, in 9. limit. extra de te- fib. & Paris. in cōf. 81. n. 38. vol. 2. inquiens remedium d.l. 2. locum non habere, quando debitor vltro & sponte pignus in solutum dat, per ea quæ dixit Aret. in d.l. si quis cum aliter. quem inquit sequi las. in d.l. à Diu- no Pio. §. si pignora, col. 2. vers. secundo ex isto tex. dum ait, illud remedium locū habere, cum ex pacto res in solutum datur pro quantitate crediti, quia pro ea parte dantes ira eam estimant: & ideo cum ita aesti- mauerint, eis imputandum esse, vt inquit Castren. in l. si non sortem. §. si certum. ff. de condicō. indeb. Et sic videtur, vt ipse ait, cessare illud, quod dixit Oldrad. in conf. 37. in fine. Non videtur etiam obstat tenen- do hanc declarationem illud, quod dixit Bart. in d.l. à Diuno Pio. §. si pignora, vt inquit Paris. in d. conf. 81. nu. 38. quia contrarium tenet idem Bar. in l. quamvis. ff. de solutio. per tex. in d.l. si fundus. §. fin. ff. de pigno. & idem tener Bal. in l. ordo, col. 2. quest. 1. C. de executio. rei iudic. Præterea Bar. in d. §. si pignora, reprobant Imo. Castr. & Alex. ibidem. col. 5. ob id, quod pretium per rela- tionem ad creditum, certum esse dicitur, & eo magis id dicendum est, si exprimatur, vt prædium pro quadam certa summa in solutum cedat: in tali enim casu dictū Bar. in d. §. si pignora. imo si recte animad- uertatur, probat talē dationem in solutum vali- dam esse & firmam, quia pretium est certum. Contra hanc declarationem Alex. nonnulli sentiunt ex eo quod repugnet menti Oldradi, & Ioan. Andre. quæ magis ad adiudicationē extra iudiciale quā iudiciale adaptari non potest. Intentio enim Do-ctorum ex legibus sumitur, quas allegant, & ex rationibus quibus mouentur, vt notat Bar. in l. non sol- lum. §. si liberationis. ff. de liber. lega. Sed Oldr. tam in consiliis, quā in d.l. 2. vt inquit Alber. ibi, ad proban- dam eius opinionem in primis allegat text. in d. l. si prædium. C. de euictio. qui de adiudicatione extra iudiciali loquitur, & deinde text. in l. si ob causam, eod. tit. & in l. si pignora, & in l. plus. §. si iussu, eod. tit. & plures alias leges, quæ expresse de adiudicatione in iudicio facta loquuntur, & à iudice. Ergo. Præterea q. inten- tio Oldradi fuerit loqui de adiudicatione iudiciale, ex suis verbis manifeste colligitur, dum inquit, da- tionem in solutum vim emptionis & venditionis obtinere non ab ipso vendente, sed à debitore, cu- ius res vendit: quæ quidem verba satis clare & a- perte ostendunt adiudicationem illam, de qua con- suluit, à iudice factam fuisse, non autem à debitore: quandoquidem si à debitore facta fuisse in epte Old- dradus loquutus esset, dicendo non obtinere vim venditionis factæ ab ipso vendente, sed à debitore, quia debitor & ille qui vendit, eadem essent perso- na: & quod idem senserit etiam Ioannes Andreæ, inde patet quod easdem leges adducit. Reiecta ita- que declaratione Alex. & Cagn. in d.l. 2. inquit, A- quensem subtiliter considerando in d.l. si quis cum aliter. col. fi. indistincte Oldradi & Ioannis Andreæ opinionem amplecti, & eam veriorem censere. Et confirmatur ex eo quod dicit in eadem l. 2. Cagnolus, dum vult in transactione dispositionem d.l. locum habere. Ergo pariter eadem ratione idem in datione in solutum, vel adiudicatione a iudice facta dicendum est: Nam datio huiusmodi in solutum seu adiudicatio, transactioni equiparatur. d. §. si pigno- ra. & ideo Cagno, licet non exprimat, opinionem A- quensem

De Executionibus, Tractatus. §.4.

219

quensis sequi videtur: quam etiam videtur sequi Decius in d. cons. 308. num. 2. dum arguendo de re-scissione d.l. 2. inquit ibi huiusmodi lāsionem non fuisse, ex quo de eo excessu probatum non fuit, nec p̄bari poterat. Distinctio igitur Alex. obseruāda & admittenda nō est, ex quo Doctores simpliciter dicunt adiudicationem, seu in solutum dationem à iudice factam, à debitore factam censeri, vt probat text. in d.l. si ob causam. Et ideo Salyc. & Alber. in l.i. in fin. C. si antiqui cred. pig. vend. declarando illum tex. dum disponit, emptorem à creditore vendente pi-gaus videri tutum aduersus alios venditores poste-riores: Nam contra eum hypothecaria agere nō poterunt, etiam creditum prioris creditoris offe-rendo: quod priuilegium non consequitur ille, qui simpliciter emit à creditore nō vendente iure cre-ditoris: nec ille cui à debitore pignus fuit in solu-tum adiudicatum: & idem esse dicunt, si adiudica-tio fiat à Iudice, cum factum iudicis, factum partis reputetur. d.l. si ob causam. Dicendum igitur videtur magis communem esse opinionem, vt in datione ipsa in solutam, seu adiudicatione, remedium d.l. 2. locum habeat, vt dixit Alber. de Ros. in loco supra deducit: Quia ratio, qua mouetur, pariter militat in utraque, & eandem tenuit Antonius Malegonella, subdens Bald. in d.l. ordo. illud non dicere, ad quod allegatur, sed in diuersis terminis loqui. s. quando creditor accipit pignus minoris æstimationis, quā sit eius creditum, & illud pro toto credito: quo casu quasi transegisse censemur cum suo debitore, vt pro toto debito sibi pignus nulla facta æstimatione adiudicetur: quo casu de lēsione conqueri non potest d.l. à Diuino Pio. §. si pignora. ff. de re iud. ibi, quia velut pa-tio transegisse videtur. Non dixit igitur Bal. quod si res, quę adiudicantur, æstimentur, & pro rata debiti in solutum adiudicentur, non possit, si in æstima-tione creditor vel debitor lādatur vltra dimidiam iusti pretii, intentare remedium d.l. 2. & illam reuo-care, aut petere, vt iustum pretium suppleatur: & ideo nec nos quoq; dicere debemus. l. illam. C. de col-latio. cum vulgarib. Et præsertim cum Index nō æsti-met, nec super eis tacite vel expresse pronunciet. Cōprobatur, quia æstimatio si fuerit iniusta, potest à iudice ex officio corrigi, vt voluerunt Alber. Alex. & recentiores post Bart. l. arbitrio. ff. qui satisd. cogan. Et facit etiam illud, quod dixit Bart. in l. instar. C. de iure fisci. lib. 10. vbi computatio rationum à iudice reuo-catur, si improbe facta fuerit. Vnde si æstimationes nō fiant à iudice, sed à bonis viris, si improbe fiant, impedit nō debent, quin adiudicatio remedio d. l. 2. retrahetur, aut iustum pretium suppleatur. Præ-terea facit etiam, quia vt magis cōmuniſtis est opinio in venditione sub hasta facta, & iudicis decreto in-terueniente, remedium d.l. 2. locum habeat, de qua tradit Abbas & sequuntur alii in d.c. causam, extra de-empt. & vend. & Imol. Alex. & alijs in d. si quis cum aliter. Et sic patet iudicis autoritatem dictū remedium non tollere. Accedat etiam, q. Bal. & Alex. in trans-actione fundamentum faciunt, dum dicūt adiudica-tionem iudicialiter factam vim transactionis ob-tinere, in qua remedium d.l. 2. locū habet. l. Lucius. §. ff. ad Treb. Vnde si illa opinio, quod in transac-tione locum habeat remedium d. l. 2. in aliquo ca-su verificetur, certe in eo casu Alex. opinio locum habere non potest. sed Corn. in cons. 166. col. pen. lib. 1. concludit, vt si in transactione sit enormissima lā-

sio, remedium d.l. 2. locū habeat, seu d.l. si quis cum aliter. quę sequitur etiā Dec. in cons. 216. in causa trans-actionis, col. 2. vbi inquit ita alias cōsulalisse, per ea quę deducit Corn. Merito, vt quando adest enor-mis lāsio, detur remedium d.l. 2. cōcludendum est.

C A P. XLIV.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum & adiudicatio quando annullentur ob gabellam non solutam.

S U M M A R I A.

- 1 Datio in solutum, vel adiudicatio, quando ob gabellam non solutam nullae sint.
- 2 Possidens vi sententia nulla ex defectu forme, occupator esse dicitur, & iudicis authoritas ei nihil proficit.
- 3 Sententiae tot sunt, quot in ea sunt capita.
- 4 Sententia una in uno capite valere potest, in alio ve-ro non.
- 5 Venditiones & emptiones plures sunt, quando plures res venduntur & singulis suum pretium constitui-tur.
- 6 Dationes plures in solutum sunt, vel adiudications, cum singula res extimatæ dantur.
- 7 Gabella si sufficiat pro una vel pluribus rebus adiudi-catis, vel in solutum datis, non autem pro omnibus, an pro illis tantum adiudicatio vel in solutum da-tio subsistat.
- 8 Donatio ob id quod institutio fit omissa, non vitiatur in totum, sed in excessu tantum.
- 9 Libertus si plures res alienauit, & ideo factus est mi-nor centenario in fraudem legis, ultima nulla est.
- 10 Venditio una censemur, cum pretium est unum.
- 11 Pretium si pro singulis rebus est constitutum, venditio-nes, adiudications, & alienationes quo ad unam rem tantum resoluti inconveniens non est.
- 12 Sententia est individualia.
- 13 Sententiae tot censemur, quot in ea sunt capita.
- 14 Soluendo qui non est, cum unū tantum seruum suum cum libertate insituere posse heredem, si plures in-stitutus, cum tantum ad libertatem & hereditatem peruenire potest, qui primo loco nominatus est.
- 15 Primo loco nominatis dispositio subsistit, cum in omni-bus valere non potest.
- 16 Ordo scripture attenditur.
- 17 Statutum si disponat, vt pro qualibet contractu sol-uatur quedam gabella, si quis in eodem instrumento vendat plures res, & pro qualibet certum pretium constituat, plures gabella soluenda sunt.
- 18 Ordo idem in executione sententia videtur seruan-dus, qui in sententia reperitur.
- 19 Ordo idem, quando seruandus.
- 20 Prestantia à ciuib. facta eodem ordine repetuntur, quo soluta fuerunt.
- 21 Solutio simpliciter à debitore facta pluribus de causis successivis cedit ceteris paribus in antiquiorem cre-ditorem.
- 22 Ordo intellectus, non scripture attenditur, quando se attenderetur ordo scripture actus vitiaretur.
- 23 Gabella una vel plures, an solui debeant, quando tota summa petitæ est. & pro tota summa cōdēnatio facta sed pro eadē summa plures adiudications, vel in solutum dationes concessæ distinctæ. & separate.

- 24 Condemnatus in centum, si gabellam soluat pro quinque
quaginta, sententia in totum annullatur, nisi sint
diuersæ personæ.
- 25 Argumentum valet de personis ad res.
- 26 Sententia plures esse intelliguntur, cum assessores quo-
tidie aliquos in magna summa ob plura delicta
condemnant, & deinde subdunt distinguendo de-
lictia vnicuique suam distinctam pœnam adscriben-
do.
- 27 Summa magna si sit diuisa in plures, illa amplius non
attenditur, sed diuisa.
- 28 Interpretatio in dubio illa facienda est, que actum
substinet.
- 29 Vitium ex conuentione insurgens, totum vitiat.
- 30 Donatio omnium bonorum presentium & futurorum,
in totum vitiatur. & num. 31.
- 32 Affectio in nummis non cadit, sed in speciebus.
- 33 Emphyteutam plurium rerum ex uno & eodem con-
tractu si in una re male versetur, cadit ab omnibus.
- 34 Locate si sint plures res eodem contractu vna pensione,
& ad eundem finem, si una conductor male v-
tatur, ab omnibus cadit.
- 35 Statutum si disponat pro quolibet contractu gabel-
lam soluendam esse, si plures res vendantur, & pro
qualibet certum premium constituantur, an plures
gabellæ soluenda sint. & num. 39.
- 36 Contractum totum censi simulatum, si debitor post
contractum aliquam rem ex pluribus uno pretio
emptus possiderere reperiatur.
- 37 Vnus & idem contractus non potest pro parte valere,
& pro parte non.
- 38 Utile per inutile inseparabilibus limitatur.

VIgesimo, quoniam s̄epe † dationes in solutum
& adjudicaciones ob id quod gabella non sol-
uitur, nullæ sunt; merito nonnulla hac de re tra-
ctanda sunt, & quando id accidat, cum plures sint
casus, diligenter perscrutemur. Decius igitur in
cons. 344. pro clariori huius rei declaratione tres ca-
sus considerabat: quorum Primus est, ybicunque
datio in solutum, vel adjudicatio pro executione v-
nius quantitatis & sententiæ sunt, quandoquidem
in casu, nisi integræ gabella soluatur: in solutum da-
tionem seu adjudicationem corruere cerrum est,
& ita videtur procedere illud, quod notat Bartol. &
sequitur Bald. in d. l. si non sortem. §. si centum. C. de
condicione. indeb. & Angel. in l. qui heredi. ff. de condi-
cio. & demonstratio. & in l. si seruus. §. si plurium, per
illum textum. ff. si quis cautio. & Ias. in authen. qui
rem, columna 5. C. de sacrosanctæ eccles. & iterum illud,
quod de gabella notat idem Bald. in l. qui putat, in fine. ff.
de acquir. hered. & in l. i. in fine. C. si aduers. rem iudic.
Et id maxime dicendum est, vbi extant statuta, vt in
tota pene Italia, dationes in solutum, adjudicacio-
nes, & alias alienationes & venditiones non soluta
gabella annullantia, vt extat in hac ciuitate, in 4. vo-
lum. in tractatu turris. quo cauetur, vt non soluta
gabella intra 15. dies à die dationis in solutum, datio
ipso iure non valeat, vt videtur tenere etiam Bald.
in l. qui putat. ff. de acquir. hered. & in l. prima, in fine. C.
si aduers. rem iudic. dum inquit, defectum solutionis
integram gabellæ sententias, pro quibus gabella ex
forma statuti solvi debet, nullas ipso iure redde-
re: quandoquidem, vt ipse inquit, sententia tacita
tam iuris conditionem continet, quæ integræ ad-
impleri debet, alioquin sententia penitus nulla est.

Et ideo non minus dicendum est, quod ex quo statu
tū dicit de in solutum datione gabellam soluen-
dam esse, alioquin ipsa datio nulla sit, si in ipsa so-
lutione deficiatur, in solutum dationem nō pro par-
te, sed in totum nullam esse, id quod comprobatur
ijs, quæ tradit Socin. senior in consil. 76. visa facti
contingentiam, in princip. volum. 1. & Francisc. Curt. in
consil. 20. sepe numero, colum. 9. vers. 1 ergo respectu alia-
rum. & tradit Bald. in l. edito. C. de eden. & Alexan. post
alios, in l. scire debemus ff. de verbo. obliga. Cum igitur ex
prædictis ipsa in solutum datio sit ipso iure nulla:
nihil omnino eis, qui in solutum acceperunt, pro-
desse potest. Nam qui possidet † vi sententiæ nullæ
defectu formæ, non possessor legitimus, sed occu-
pator dicitur: & ideo Iudicis authoritas ei nihil
prodest: Immo contra eum omnia remedia com-
petunt, quæ contra occupatorem à iure introducta
sunt vt fatis late tradit Abbas in d. c. consultationibus,
extra de iure patron. per ea, quæ notantur in l. iuste posse-
det ff. de acquir. posses. & in l. fin. C. si per vim vel alio modo
& in c. contrahentes, extra de restitutio. spoliat. & in
c. cum causa, extra de offic. delega.

Secundus vero casus est, cum eadem sententia,
vele eodem instrumento plures res continentur, &
ipse quoq; singulæ suum premium habent: nam in
eo casu tum pro pluribus contractibus habeantur,
plures gabellæ soluendæ sunt, vt notat Bal. per illū tex. in
l. cum eiusdem. ff. de adilit. edito. & in l. cum quidam. §.
præterea, col. 2. in vers. ibi, pro singulis. C. de iure dot. Par-
iter etiam † si in una sententia plura copulatiue ca-
pita cōtineantur: nā tot dicuntur sententiæ, quot sunt
capita. l. etiam. §. ex caus. ff. de min. Et ideo in hac spe-
cie sententia † in uno capite valere potest, in alio
vero non, vt notat Bal. in l. quadam mulier, in princ. ff.
famil. ercis per text. in l. Cornelia Pia. ff. de iure Patron. v-
bi Bar. cum similibus. Et id ex eo quod supra s̄epe di-
ximus confirmatur, videlicet dationem in solutum
emptioni & venditioni similem esse: sed quando
plures res vendūtur, & singulis suum premium con-
stituitur, plures & venditiones & emptiones esse cen-
sentur. l. cum eiusdem. ff. de adilit. edito. Ergo † plures
sunt in solutum dationes, cum singulæ res æstimatae
in solutum datae sunt: Quapropter si gabella † pro
vna, vel pluribus sufficiat rebus, vel bonis adiudica-
tis, licet non pro omnibus; pro illis tamen quas ga-
bella capit, adjudicatio suffinetur, argumēto l. san-
cimis. C. de donatio. vbi habetur, donationem † ob
omissam insinuationem integre non vitiari, sed in
eo quod excedit tantum: & idem videtur probari
in l. si libertus. §. fin. in fine. ff. de iure patronat. dum ibi
dicitur, quod si libertus † plures res alienauit, &
ideo factus est minor centenario in fraudem legis
alienatione vltimam, si ob id minor fiat centenario
nullam esse: Et licet ille tex. loquatur, quādo plures
res diuersis temporibus fuerunt alienatæ; Et ideo
secus sit, cum simul alienantur, quia tunc quo ad o-
mnes alienatio vna esse dicatur, & annulletur, vt in
præcedentis vers. habetur. Attrauen id tunc verum
est & pcedit, cum pluribus rebus premium est vnu
tantum: quia inspecto pretio quod est vnum, vna
etiam † venditio censemur, vt inquit Bar. in l. scire. in
princ. At ybicunque singulis rebus premium est con-
stitutum, non refert, an eodem tempore, vel diuer-
so venditio facta sit: quandoquidē vitroq; casu quot
sunt res, tot venditiones esse dicuntur d. l. cum eius-
dem. Et ideo vltima tantum in uno casu annullari de-
bet,

bet, sicut in alio, cum eadem ratio sit in utroq; casu.
Nec est inconveniens, si vbi cunq; pro singulis re-¹¹
bus pretium constitutum est, & venditiones, adiu-
dicationes & alienationes, quo ad vnam rem tan-
tum resolvuntur, non quo ad alias, ut est expressum
in d.l. cum eiusdem. Sicut etiam videmus, quod licet
¹² sententia & sit individua. l. in hoc iudicio. ff. famil. er-
eis. si tamen plura contineat capita, quo ad vnum
valere potest, quo vero ad aliud non subsistere; quia
¹³ tot & censentur sententiæ, quot capita. l. etiam. §. si
ex causa, & ibi notatur. ff. de minor. & l. quid tamen,
in principio. ff. de recept. arbitr. & l. Labeo. eodem titul.
Vbi notatur ultimam tantum adiudicationem, &
in solutum dationem nullari. Id præterea pro-
bari videtur, & expressum esse, in l. qui solvendo
non erat seruum, & in l. si non lex Heliā Sentia. §. i. ff.
de hered. instituen. Vbi dicitur, quod si ille qui sol-
vendo non est, & qui per legem Heliam Sentiam
¹⁴ & seruum vnum tantum cum libertate hæredem
instituere potest, plures instituat cum libertate,
eum tantum ad libertatem & hereditatem perue-
nire, qui primo loco nominatus est: quo vero ad
alios, libertatis dationem non subsistere. Facit et-
¹⁵ iam ad hoc text. in l. generaliter. §. quid ergo. ff. defidei-
commis. libert. Vbi iis, & qui primo loco nominan-
tur, dispositio subsistit, cum in omnibus valere non
¹⁶ potest: & ideo ordo & scripturæ attenditur, vt etiam
habetur in l. quoties, in princ. ff. de usufruct. & notat
Bart. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. & faciunt ea, quæ
notat Ias. in cons. 87. nu. 1. cū sequē. vol. 3. Procedit igitur
præcedens conclusio, quando adiudicatio, seu in
solutum datio, de omnibus rebus confuse & pro
vno tantum pretio factæ fuerunt: secus vero si or-
dinare & successivæ: vt puta primo loco alicuius
prædii pro certa quadam & determinata summa, &
deinde secundo loco alterius prædij, vel rei pro alia
summa, & deinde alia bona pro alia. In hoc enim
casu cum quolibet dictorum capitum fuerit parti-
culariter pro certo & determinato pretio adiudi-
catum, & in eadem sententia; non vna adiudica-
tio omnium bonorum in confuso: sed plures adiudica-
tiones existimari debent. d.l. cum eiusdem, & l.
sequenti. & l. si plura. ff. de edilit. editio. Quas leges in-
¹⁷ ducit Bal. ad statuta & disponentia, vt pro quolibet
contractu solvatur quædam gabella: quandoquidem,
vt supra diximus, si in eodem instrumento
quis vendat plures res, & pro qualibet certum pre-
tium constituat; plures gabellæ solvendæ erunt,
quasi plures contractus esse dicantur: Et ideo anim-
aduertendum est ad illud, quod dicitur in d.l. scire
debemus. Nam in contractibus locū habere poter-
it, vt patet ex d.l. cum cuiusdā, vbi in contractu em-
ptionis & venditionis tot sunt contractus, quot res
venditæ, si res non vendantur vniuersaliter & simul
vno pretio, sed diuersis: Et licet leges ille loquantur
in plurib. venditionibus, diuersis pretiis factis in
eodem instrumento: idem tamen esse in pluribus
adiudicationibus, seu in solutum dationibus tam à
Iudice, quam à parte factis, vt supra late diximus. Si
igitur adiudicationes, quæ in sententia continen-
tur, plures existimari debent, quemadmodum &
plures venditiones si plures rex diuersis pretiis in
eodem instrumeto vendantur: certe defectus solu-
tionis gabellæ vnius eam tantum nullam reddit, cæ-
teræ vero pro quibus integræ gabella soluta repe-
titur, validæ firmæque remanent, argumento l. etiam

& eorum quæ notat ibi gloss. & sequuntur Doct. ff. de mi-
no. & in l. quedam mulier, & in l. hoc iudicio, vbi tradit
etiam gloss. & Alberi. ff. famil. ercisc. & facit text. in cap.
utile non debet, de regul. iur. in 6. & tradit late Tira-
quell. in tract. de retract. ligna. §. 23. numero 22. cum se-
quent.

Redeundo igitur ad rem nostram, cum defectus
solutionis gabellæ vnum tantum caput bonorū in
sententia contentum respiciat: licet solutio vnius
quantitatis simul pro omnibus adiudicationibus in
sententia contentis facta sit; Ipsæ tamen & eodē or-
done & modo distinctæ intelliguntur, quo & ipsa
sententia distincta est. Nam cum facta sit pro æsti-
matione sententiæ, & adiudicationes in ea conten-
tæ robur & effectum sortientur, ab ipsa sententia
regulam & ordinem sumit. l. ase toto. ff. de hered. insti-
tuen. & l. si ita scriptum. ff. de condit. & demonst. Com-
probat id text. & illud, quod ibi notat Bal. in l. vnic. 18
§. sed & manifeste. C. de ead. toll. dum in eo dicitur,
& eundem ordinem seruari, cum aliquid ad hære-
des institutos evertitur, qui seruatus fuit, cum ab
illis emanaret, licet de ipsa reuersione à testatore
cautum sit. Vnde sumit etiam Bald. argumentum,
præstantias & quæ à ciubis restituuntur, eodē or-
done & modo eis restituendas esse, quo exacte fue-
runt, vt prius primis, & deinde secundis, & sic de singu-
lulis restituantur. Videtur enim velle Bal. quod li-
cet statutum simpliciter dicat, præstantius à ciubis
solutas eis restituendas esse, intelligendum tamen
sit eodem ordine & modo, quo solutæ fuerunt. Ita
igitur & in terminis nostris dicamus, q. licet gabellæ
simpliciter soluta fuerit pro adiudicationibus in
sententia contentis: cendum tamen esse, vt eo
modo & ordine soluta sit, qui in sententia contine-
tur, videlicet primum pro primis bonis adiudica-
tis, secundo pro secundis, & sic de singulis. Id quod
satis etiam probari videtur, per tex. in l. in his, in fi. &
in l. vbi fideiussor, & in l. si ex plurib. §. fi. ff. de solutio. vbi
habetur & solutionē simpliciter à debitore factam
pluribus de causis successiuis cedere cæteris pari-
bus, in antiquorem creditorem. Et ideo in calu no-
stro, quando causæ pro quibus solutiones fieri de-
bent, successiæ sunt & in sententia vna post aliam
dispositæ & ordinatæ, solutio gabellæ simpliciter fa-
cta cedit pro concurrenti quantitate in primam, &
deinde in secundā, & sic de reliquis. Adeo vt quic-
quid defuit ultimæ adiudicationi deficit, & sic aliq
adiudicationes ob id, quod ultimæ deficit, non an-
nullantur: sed subsistant. Comprobat hanc declara-
tionem tex. & illud, quod ibi notant Doct. in l. cum
in testamento. §. i. ff. de hered. insti. 21
pturæ, sed intellectus attenditur: quando si atten-
datur ordo scripture, actus vitiare tur, id quod per
illum tex. dixerunt etiam Alex. in cons. 15. 6. viso pro-
cessu cause, col. 5. vol. 5. & Ias. in l. hac consultissima, col.
2. C. qui testim. fac. poss. & Bald. in l. conuenticulam,
col. 3. versic. item est argumentum ab ordine. C. de episc. &
& cler. vbi expresse dicit, quod non attento ordine
verborum talis ordo præsumitur qualis esse debet,
arg. tex. in l. talem, in prin. ff. de hered. insti. Verum si
solutionem gabellæ iuxta ordinem intellectus facta
esse intelligamus, vtq; eodem ordine sententia fa-
cta intelligetur: & ex consequenti si quis defectus
ad sit in ultima adiudicatione esse dicendum erit, ita
vt illa nulla reddatur, cætera vero quarum integræ
gabellæ soluta intelligitur, subsistunt. Hæc autem

præstatio summi debet, cum actus magis conserueretur, quam si aliter dicere mus. l. quoties, la 2. ff. dreb. dub. & l. quoties idem sermo. ff. de regul. iur. cum vulg. Nec prædictis obstat statutum, de quo supra obiectum fuit: quia non dicit de sententia gabellam soluendam esse, sed de in solutum datione, seu adiudicatione, & eas annullat gabella non soluta. Unde cum in hoc calu, ut diximus, plures fuerint adiudicationes: quæ in eadem sententia continentur, utique illæ pro quibus integra gabella soluta reperiatur, valent & subsistunt, aliae vero corrūt, pro quibus integra gabella soluta non est. Minus etiam obstat illud, quod dixit Bald. in l. 1. in fi. C. si aduers. vendi. & in l. si putat. ff. de acquir. her. Quia ex prædictis Bald. in diversis terminis loqui manifeste appetat. Nam primum loquitur de statuto disponente, ut de sententia soluatur gabella: nos vero de statuto mandante, ut, de in solutum datione, vel adiudicatione gabellam soluendam esse, & dationem ipsam in solutum, vel adiudicationem, si gabella sole, non sit annullante, non autem sententiam. Si igitur ponamus in eadem sententia pro parte in solutum dationem, vel adiudicationem bonorum debitoris, quæ emptorem non inueniunt, contineri: pro alia vero partem bonorum, quorum repertus est emptor bona vendenda esse, certe si ob defecatum solutionis gabellæ pro bonis adiudicatis sententiæ pro ea quoque parte, qua bona esse vendenda pronunciatum fuerit, annullari dicendum non est: nam neque verba, neque mens statuentium id admittere videntur, argumento l. si seruus quis. §. non dixit. ff. de acquir. hered. & l. illam. C. de collatio. Et ideo inde inferendum est, statutum se ad dationem in solutum, quæ in sententia continentur, non ad ipsam sententiam referre.

Secundo responderetur, Bald. loqui de sententia unum caput tantum cōtinente, quod quidem scindi & diuidi non potest: & ideo inde infertur, Bald. eius intentionis exitisse, vt si sententia plura capita contineat, & de uno tantum soluatur gabella, in eo sententia subsistat. Etsi in aliis nulla reddatur, prout etiam idem sentit Bald. in diversis personis, unam & eandem sententiam pro una tantum summa obtinentibus: existimans quemlibet tunc pro sua portione soluentem sententia viri posse, per text. in d. l. cum fundis. ff. de cond. & demonstr. Pariter igitur idem sensisse credendum est, si in sententia in favore aliquius tantum lata diuersa & separata capita contineantur, argumento eorum, quæ dixit Bartol. in l. qui plures. la 2. ff. de vulg. & pupil. & Bald. in d. l. conuenticula, & Alexan. in d. l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

Non obstat etiam, dum Franciscus Aretin. in d. conf. 20. & Bald. in d. l. edita, & Alexan. in d. l. scire debemus, voluerunt, ut licet plura in sententia capita contineantur, si tamē ab eadem causa proueniant, pro uno & eodē habeantur: Et ideo si quo ad unū sententia nulla est, quo ad alios etiam non subsistat, quia ad hanc quoque obiectiōnem respondet, adiudicationes quæ in sententia continentur capita unū & connexa non esse, sed separata, cum quodlibet suum certum & determinatum pretium habeat: & ideo mirum non esse, si altera ipsarum adiudicationum, vel in solutum dationem, aliis nullis existentibus subsistat. Adiudicationes namque seu in solutum dationes creditoribus in subsidium, emptore scilicet non reperto sunt, principaliter e-

nim creditor petit bona vendi, sibique de pretio satisficeri. l. fin. C. si in caus. iudic. Et ideo appetat adiudicationem, seu in solutum dationem à credito in libello deducto, & ab actione intentata non regulari, sed à quodam pretio imaginario, quod solutum creditor à debitore præsumitur: & sic à debitore in satisfactionem sui debiti restitutum. Et ideo adiudicatio, seu in solutum datio, emptio & venditio appellatur: nam creditor rena adiudicatam emere præsumitur eo pretio, quo sibi adiudicatur. Vnde quemadmodum, si vendantur plures res diuersis pretiis in eodem instrumento, nullitas unius alterius nullitatem non infert. d. l. cum eiusdem, cum aliis supra deductis: pariter etiam nullitas unius adiudicationis vel in solutum dationis, alterius nullitate, non inducit, & præsertim cum talis nullitas post sententiam ob gabellam non solutam oriatur. Hæc igitur pars prior videtur, & ideo eam amplecti debemus, cum si eam sequamur, ceteræ adiudicationes substineantur, & Fisco nullum fiat præindictum, arguendo dicta l. quoties. ff. dreb. dub. cum similibus

Tertius vero casus est, quando tota summa, putatos fuit petita, & pro tota summa vel dote condemnatio facta fuit: at pro dicta summa vel dote plures adiudicationes, vel in solutum dationes factæ fuerunt, & illæ quidem distinctæ & separatæ: Et in hoc quoque casu quæsumus fuit, an una gabella vel plures solui debeant? Hac de re plures quoque extant opiniones: Nam Decius in d. confil.

344. num. 3. versic. Tertius casus, parte tertia. plures gabellas solui oportere arbitratur ob plures adiudicationes, quæ certam summam habuerunt. Primo mouetur Decius per ea, quæ tradit Bald. in d. l. 1. in fi. C. si aduers. rem iudic. dum inquit, condemnatum in centum, si gabellam soluat pro quinquaginta,

sententiam in totum annullari, nisi sint diuersæ personæ, propterea quod quilibet pro sua portione implere potest: id autem quod Bald. inquit in pluribus personis, in pluribus quoq; rebus dicendum videtur, cum tota summa petita in pluribus rebus distribuatur & bonis, pro certa summa & quantitate adiudicatis: nam arguere licet de personis ad res. l. qui plures. la 2. in prim. ff. de vulg. & pupil. Secundo confirmari inquit ex eo, quod notat Bat. in l. Lucius.

§. qui habebat ff. ad Treb. dum ait, Asfessores & quotidie aliquos in magna summa ob plura delicta condemnant, & deinde subdere solet distinguendo delicta pro tali delicto in tantum, pro tali vero in tantum: quo casu perinde est, ac si plures sententiae à principio fuissent. Et ideo inferendo ad casum nostrum dicit, illam primam summam dotis, vel alterius rei, in plures adiudicationes postea particulariter factas pro certa quantitate resoluti, & perinde haberi ac si ab initio plures dationes in solutum, vel adiudicationes prolatæ fuissent: id quod notat etiam Bar. in l. vbi fideiussor, in fi. ff. de solutio. dū concludit, quod quando magna summa est diuisa in plures, non dicatur una, sed plures: Et ideo eodem modo in casu nostro plures adiudicationes, vel in solutum dationes dicantur. Et idem notat Bar. in d. l. vbi fideiussor, in principio. dum concludit, quod si magna summa sit diuisa in plures, summa illa non attendatur, sed illas plures diuisiones attendendas esse. Tertio comprobari inquit in illis locis, vbi statutū extat de soluenda gabella, & de ipsis in solutum dationibus, seu adiudicationibus mentionem facit: & negari

25
26
27

De Executionibus, Tractatus §.4.

223

- gari non potest quin sint plures dationes in solutum, cum plura & diuersa bona in singulis quantitatibus taxata data fuerint, & a verbis statuti receundum non est. *l. quod constitutum. ff. de testam. milit. vbi Bartol.* Addi etiam prædictis potest communis regula, de qua supra diximus, in dubio † illam interpretationem faciendam esse, quæ actum substatinet. *d.l. quoties. ff. de reb. dub.* & hæc præsumptio, *vt inquit Decius in cap. quoniam Abbas, extra de offic. deleg.* omnes alias vincit, & tollit præsumptiones: & ideo *vt sententia non dicatur nulla, concludendum arbitratur.*
- Contrarium autem opinionem in hac eadem specie firmauit Ruinus in *conf. 65. num. 2. volu. 4.* ob id, quod licet dationes in solutum seu adiudicationes plures sint & separatae omnes tamen nullas esse arbitratur, ex quo integræ gabella soluta non est intra tempus à statuto annullante omnem adiudicationem, vel in solutū dationem. Ex quo n. solutio gabelle & summe receptio vna tantum fuit, dictæ in solutū dationes vel adiudicationes sint plures, pro vna tamen inspecta gabellæ solutione, quæ vna fuit & ipse haberi debet: Nam ratio nulla afferri potest, quare magis gabella pro vna dictarum adiudicationum, quam pro alia soluta intelligatur: nec magis pro prima, quam pro ultima: Et ideo pro omnibus soluta intelligitur, quo sit vt illud quod integræ gabellæ deficit, omnes adiudicationes, seu in solutum dationes respiciat, & ex consequenti integra cuiusq; gabella soluta non sit: nam † vitium ex conuentione insurgens, totum vitiat, *argumento l. i. §. item queritur. ff. de aqua quoti. & astua.* Hac eadem ratione vtitur in simili. *Ang. in conf. 169. vijis prædictis instru- mētis, &c. in 2. dubio.* Vbi querit, an donatio † omnium bonorum præsentium & futurorum, quæ non valet, *vt communis est opinio, de qua in l. fi. C. de pact.* & *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* vitetur in totum: an vero in futuris tantum? Et tandem concludit, in totum nullam esse. Est ratio est, *vt ipse arbitratur, quia causa inueniri nō potest, quare magis in vna parte, quam in altera annulletur: cum vi- tium ex conuentione insurgat, & ideo totum est inutile. § item queritur.* Eodem igitur modo in casu nostro, *vt omnis in solutum datio, vel adiudicatio annulletur, dicendum est.* Cum hac opinione Angel. transit etiam Imol. in rub. *ff. de testam.* & rursus Imol. Roman. & Alex. in *d.l. stipulatio ista, vbi etiam prædictam rationem adducunt, & etiam pro hac opinione addunt tex. in d.l. si liberis. § si. in 1. responso. ff. de iure patro.* Vbi expresse habetur pluribus rebus simul alienatis, si libertus efficiatur minor centenarius, alienationem quo ad omnes res vitiat: quia licet in solutum dationes, vel adiudicationes sint plures: non subest tamen ratio, quare alienatio vnius rei magis quam alterius vitietur: & in hac ratione potest fundari decisio illius tex. *vt inquiunt Ang. & Alex. eis in locis.* Quia etiam ratione dici potest, † donationem omnium bonorum præsentium & fututorum in totum nullam esse, *vt supra diximus, & si due sint donationes, vt inquit Saly. in d. l. fi. C. de past.* Pariter etiam in casu de quo agitur, quod dationes in solutū plures sint, attendendum non videtur: nam cum gabella diuisim & separata soluta non sit, nec etiam specialiter pro aliqua re, sed generatim pro omnibus, & solutio sit vna, nulla subest ratio, cur vna magis, quam alia valeat,

& ecōtra: & ideo omnes nullæ redduntur. Nec alia ratione dici potest in d. §. fi. omnes donationes eodem tempore factas annullari, nisi quia in fraudem legis factæ sint, *vt inquit Bald. in l. certi. §. quoniam: ff. si cert. pet. & Imola in d.l. stipulatio hoc modo concepta:* Hæc enim ratio militat etiam in casu nostro: nam licet prædictæ in solutum dationes in fraudem factæ non sint: attamen in fraudem statuti gabella integræ soluta non fuit, cuius causa statutum in solutum dationem annullat. Et ideo omnes quotquot fuerint, nullæ esse debent, cum apparere non possit, pro aliqua integræ solutam fuisse: Et ideo dicit nō obstarre tex. in d. l. fi. quia loquitur, quando alienationes diuersis temporibus factæ fuerunt, & q; prima libertas centenario minor factus non erat; Vnde est *vt illa valere cœperit: antequā altera seque- retur, & valuit ab initio.* Ultima ergo tantū annullatur, quia centenario minor efficitur, & sic in eo casu potest valida ab inutili separari: At in primo casu §, & in hoc casu plures alienationes & adiudicationes eodē tempore factæ fuerūt: quæ omnes valere nō possunt: sed quia quænam sit valida, & quæ nulla, intelligi & discerni nō potest, merito omnes annullantur. Nec verum est in casu illius text. contractum fuisse vnum: quia loquitur etiam in donatione, quæ sit sine pretio, & sic quot erant res eodem tempore donatae, tot erant donationes. *d.l. sci- re debemu.* Non obstante, *vt ipsi dicunt, text. in l. qui soluendo. ff. de hered. instit.* Quia secundum *Ang. in d. cons. 20.* & *Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta,* loquitur inter personas, inter quas cadit affectio, & ideo sequitur ordinem scripturæ, at in rebus secus est, & in huiusmodi casu loquitur etiam *l. quoties. ff. de usufruct.* Pariter dicunt, non obstarre text. in l. *Iancimus, post princ.* inquit Alexan. *in loco supra relato:* quia si dono mille, ideo valet in tercentis, *vt ibi: quia non refert inter tercentos aureos, & alios tercentos: quæ affectio † in nummis non cadit 32* prout in speciebus. *l. nummis. ff. de in litem iuran.* Ex prædictis colligitur etiam respōsio ad tex. in l. cum eiusdem *ff. de adilit. edito.* Quia etiam in casu, in quo pro singulis rebus pretium erat constitutum, suberat ratio, quare in vna re magis quā alia venditio resoluti deberet. Comprobatur præterea hæc conclu- sio ex iis, quæ tradit Barba. *in conf. 36. col. 5. n. 28. cum seq. vol. 2.* Et ideo dixit Bal. in d.l. cum eiusdem *ff. de adilit. edito.* † emphyteuram plurium rerum, si ex uno 33 & eodem contractu in vna re male versetur, ab omnibus cadere, quia vna est emphyteufis. Et ideo infert ibidem Barba. *nu. 29.* si † plures res eodē con- tractu locatae sint vna pensione, & ad eundem finem, si vna ex prædictis rebus conductor male vtatur, ab omnibus cadere: ob id quod vna censeatur locatio, ex quo vno pretio seu pensione clauditur, seu perficitur. Vnde redeundo ad casum nostrum, licet in eo dētur plures res in solutum, dan- tur tamen in eadem sententia & pro uno & eodem crēdito. Ergo omnes, non soluta gabella annullari debent. Et licet Bald. in d.l. cum eiusdem, & in l. se- quenti, & in d.l. si plura. eod. tit. voluerit plura & diuersa pretia plures venditiones constituere, & pro † staturo mandante pro quolibet contractu gabellam soluendam esse, notandum censem. Quandoquidem si quispiam plures res viderit, & pro qualibet certum pretium cōstituerit, plures gabellæ soluēndæ sint, ex quo sunt plures contractus, argumen-

eo d.l. scire debemus. ff. de verb. oblig. cum tot sint stipulationes, quot res: quod etiam in aliis contractibus locum habere arbitratur: Et id inquit procedere, quando res nō eodem, sed diuersis pretiis venduntur: Merito ex eisdem arguendo, cum in casu nostro vnicum sit debitum & vniuersa sententia, contrarium dicendum est, & concludendum, omnes in solutum dationes seu adiudicationes nullas euadere. Id quod comprobatur ex eo, quod voluit Abbas in apostillis, & Oldradus inquit, † totum contractum censeri simulatum, si debitor post contractum aliquam rem ex pluribus uno pretio emptis possidere reperiatur, quia cum vnu & idem 36 contractus † pro parte valere, pro parte vero nequaquam potest, d.l. si non fortē. & si centum. ff. de conditio. indeb. Merito totus corruit: cum in inseparabilibus vtile † pro inutili vitietur. Et ideo Ang. dixit in l. cum eiusdem, attendendum nō esse, an pro qualibet re vendita certum premium constitutum sit, quia tunc censerentur esse plures contractus & plures gabellae soluendae. Secus si vnicum pretio plures res vendantur: & ideo dicit quod si fuit promissa aliqua summa pro dote, & deinde pro illa summa plures res in solutum dentur: ex quo non est diuersitas in constitutione pretij, vnicum censeri contractum. Vnde Ang. in l. cum plures. ff. de eun-
37 tio. inferendo ad statutum † disponens, vt de singulis instrumentis soluatur gabella, inquit: si celebretur aliquod instrumentum plures continens obligationes diuersarum rerum, an vnicum tantum gabella solui debeat, tanquam vnicum instrumentum sit? Et decidit vnicam gabellam tantum soluendam esse. Et sic videtur Ang. decidere hunc causum: videlicet quod licet plures res dentur in solutum, & quālibet aestimata: dicatur tamen vna & eadem in solutum datio vel adiudicatio, non autem plures & ex consequenti vna tantum de summa debita gabella solui debeat, non plures, & ea minus integre soluta totus actus corruiat, nec pro aliqua parte aut re particulari in solutum data & aestimata subsistat.

C A P. X L V.

A R G U M E N T U M.

Solutio certae monetæ vbi ex statuto fieri debet, an sufficit plures appellantes in vna causa semel vna soluere.

S Y M M A R I A.

- 1 Statutum si disponat vt de qualibet appellatione soluatur aliquid certum, si in uno & eodem instrumento plures siant appellationes à diuersis, quorum interest in tota summa: an sufficiat si omnes simul soluant: an vero quilibet teneatur ad soluendum totam summam, alioquin actus corruiat.
- 2 Directura seu oneris solutio spectat ad appellantem, non ad appellatum.
- 3 Hypothecaria competens pro legatis, comprehendit portionem cuiuslibet hereditatis, quam habet in re hereditaria: & est obligata solum proportione legati, ad quam ipse personaliter est obligatus.
- 4 Appellatio vnius prōdest alteri propter unitatem & identitatem defensionis.
- 5 Appellationes plures, quando censeantur & quomo- id procedat.

Vigesimo primo ex predictis, quatenus ad galbellæ solutionem pertinent, aliae suboriuntur dubitationes, de quibus breuiter pro totius materiae declaratione nonnulla dicenda sunt. Et in primis queritur, † si fortasse alicubi exter statutum disponens, vt de qualibet appellatione aliquid certum tamen soluatur: & in uno eodemque instrumento plures à diuersis, quorum interest in tota summa interponantur appellationes: an satis sit ad substanendas appellationes, vt omnes simul, quo rūm interest, certū illud quid soluant: an vero qui libet predictorū ad solutionem totius illius, quod solui debet, ne actus corruat, teneatur? In hac questione Castren. in cons. 9. 4. n. 1. cum seq. vol. quemlibet ad actus validitatem & appellationem confirmandam, totam summam directurę soluere debere arbitratur. Mouetur autē ex eo, q̄ licet in uno & eodem instrumento interposita sint, non est ob id vna, sed plures propter duplicem vel triplicem appellandi actū duorum, vel trium, aut plurium: qui tamen pro uno & eodem nō habentur, & si in uno tantum instrumento interposita sint, vt notat Bar. in l. etiam ff. de mino. & in l. eo q̄ multis. ff. si certum peta. Imo subdit ipse, licet vnicam tantum appellatio fuisset, ob id quod vnicam & vniiformis tantum cōtra vtrinq; probatio facta esset, attamen quia quilibet ipsorum condemnatorū onus directurę pro integrā summa subire debebat, propterea q̄ directura pro interesse & commodo appellati soluenda non est, † sed ipsius appellantis: & ideo imponitur appellanti, non appellato soluendi onus: & pro quantitate in sententia contenta, à qua appellatum est, merito cum cuiuslibet ipsorum condemnatorum totius summæ petitæ intersit, ob id quod vel teneatur quilibet ipsorum suam dimidiā tradere pignoris causa possidenda, vel integrā quantitatem soluere. l. 2. C. si vnu ex plurib. hered. cred. vel debit. part. suam deb. solue. cum quālibet dimidia, imo quilibet cespes terræ pro integrā summa obligatus sit: & si contrarium sit in hypotheca illa, quę pro legatis competit, ex quo cuiuslibet hæreditatis portio, quam habet in re hæreditaria, sit in solutū obligata pro legati portione, ad quam ipse personaliter est obligatus. l. 1. infi. C. com. de legat. & ibi notat glos. Attamen quando etiam vna tantum appellatio interposta esset, & illa quidem sufficeret, idem tamen esset: quia appellatio † vnius alteri etiam proficit, propter unitatem, vt ita dixerim, & identitatem defensionis, non secus ac si fuissent vna sententia & uno iudicio condemnati, cum causa sit communis. l. si separatim. §. quod est rescriptum, & quod ibi plene notat Bartol. ff. de appellat. † quo ad effectum vna non esset, sed plures censerentur; & sic tot appellationes, quot sunt sententiæ, requirentur, cum plures sententiæ vnicam tantum appellatione rescindi non possint. l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de oper. noui nuncia. Sed tot requiruntur appellationes, quot sunt sententiæ, vel omnes veræ: vel vna vera altera autem ficta, utputa cum in communi causa vnu tantum à pluribus sententiis contra diuersos latas appellat: nam in eadem causa alij quoque appellare finguntur. Si igitur duæ, vel plures sententiæ extiterint, & quilibet alternatiue condemnatus censeatur, vel ad relaxandam suam dimidiā, vel ad integrā summam: & ex consequenti cuiuslibet integrę summę intersit, & ideo quilibet à tota

De Executionibus, Tractatus. §.4. 225

à tota summa appellasse dicatur, debet quilibet pro integra summa soluere: Quod si non fecerit, sed quilibet dimidium, vel pro sua rata soluat, videtur sententia firma & inconcussa remanere contra quemlibet pro dimidio, prout disponit statutum Pisanius. Effectus igitur ille erit, quod etiam si appellantes obtineant, teneatur tamen quilibet ipsorum aut dimidium rei tradere, aut integrum debiti dimidium soluere, ex quo in eo sententia in rem iudicatam transierunt. Non videtur igitur curandum, quod fortasse appellantis non intersit, nisi pro florenis 115. directura, seu directū soluendum ascendet ad florenos 230. quia sufficit, ut quilibet pro suo soluat interesse, ad hoc ut ad suum interesse prosequendum admittatur, non autem ut admittatur appellatus. Posset etiam fortasse accidere, ut alter ipsorum appellantium obtineat, alter vero succumbat, Ergo: d.l. de pupillo. §. si plurimum, in fin. Et ideo si statutum disponat, ut quilibet debitor certum quid soluat pro libra totius illius summæ, ad quam se obligauit, & duo se in solidum tanquam duo rei ad eandem summam obligent, quilibet pro tota summa soluere debet: quia in propria cuiuslibet persona, & in solidum cōsistit obligatio. l. ea, in f. ff. de duob. reis. licet creditoris vniuersitatem summæ intersit.

C A P. XLVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Gabella solutio nisi intergre fiat, actus nullus est, si statutum disponat ut contractus non soluta gabella non subsistat.

Vigesimo secundo statutū † si cassat cōtractum non soluta gabella, si in ipsa gabellæ solutione vnu tantum deficiat nummus, contractus non subsistit, ut inquit Alberi. in l. lege. ff. de lege commiss. & Bald. in l. res bona fide, argumento illius glo. ff. de contrah. emptio. & rursus idem voluit Bald. in l. 2. in f. ybi et iam Roman. ff. ad Senatus cons. Sillan. & Angel. in l. acceptam, col. 1. versitem concludo. C. de vñr. & in l. in rebus. §. possunt. C. commoda. & Batbat. in proœm. clem. in vtraque lectu. videlicet col. 5. in priore, & col. 10. in posteriore, & in cons. 88. sapienter scribitur. colu. antepenult. lib. 4. licet ipse Bald. contrarium velle videatur in l. quamvis. ff. de condit. & demonstrat. & refert Tiraquell. in tracta. de vtroque retractu. in tit. de retract. conuentio. §. 4. gloss. 6. num. 24. & Bald. in l. qui putat. ff. de acquir. hered. & in l. 1. in f. C. si aduers. rem iudic. & sequitur Ang. in d.l. qui heredi. ff. de condit. & demonstrat. & in l. si seruus. §. si plurim. per illum. text. ff. si quis caut. & Ias. in authen. qui rem, colum. 5. C. de sacro sanct. eccles. dicentes defectum solutionis integrę gabellæ reddere sententiam, pro quo gabella ex forma statuti solui debet, ipso iure nullam. Sententia enim tacitam habet conditionem, quam perfecte implere oportet; alias sententia in totum est nulla. Nam cum vnum caput tantum contineat pro parte vitiatu non potest, ut est gloss. in l. etiam. §. ex causa. de mino. & tradit Bald. in l. 2. C. dere iudic. & Doctor. in l. 1. C. si aduers. rem iudic. & in l. edita. C. de eden. & Alexan. post alios in l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

C A P. XLVII.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum vel adiudicatio nulla est, sine certo loco & quota.

S V M M A R I A.

1. Datio in solutum vitiatur ratione incertitudinis loci & quota, & quando id non procedat.
2. Iustificatio subsequens sufficit.

Vigesimo tertio datio † in solutū seu adiudicatio ratione incertitudinis loci & quotæ; vitiatur, ut inquit Ias. in cons. 88. num. 5. vol. 5. Limitatur tamen hæc conclusio, si possit deinde † electione ab hæredē facta certa redi, ut inquit voluisse Bart. & eum sequitos esse Doctores in l. 3. §. incertam. C. de pigno. Huius limitationis ratio est, quia idem de re postea iustificata dicimus & iudicamus, quod de re certa, argumento l. ait Prætor. §. 1. & l. in summa, in prin. ff. de re iud & tradit Paul. Castren. in consil. 266. nu. 2. vol. 1. inquietus Baldi. in d.l. à Diuio Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. voluisse debitores rem suam creditori in solutum dantis, non expressa summa, dationem non subsistere, prout nec venditionem pro incerto pretio. §. pretium, Institut. de emptio. & vendit. iuncta. l. 3. §. pro empto eod. tit. Pariter igitur & econtra dicendum est, si sit incertitudo respectu rei, sive quotæ: quæ in solutum datur cum sint correlativa, res & pretium, in contractu venditionis. l. 3. ff. derer. permuta. Et ideo qd de uno iuris est, de altero quoq; esse debet. l. si ff. de acceptila. & tradit iterum Paul. Castren. in consil. 267. num. 1. vol. 1. Animaduertendum tamen est ad illud, quod inquit Ceph. in consil. 159. per totum, volum. 2. videtur velle, incertitudinem, dationem in solutum seu adiudicationem non vitiare, ut ibi per eum.

C A P. XLVIII.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum vel adiudicatio nulla est, pupillo indefenso.

S V M M A R I A.

1. Adiudicatio est nulla, quando sententia adiudicatio- nis contra pupillum indefensum fertur.
2. Pupillus indefensus, quando dicatur.
3. Pupillus patitur secundum decretum, & bonorum hæ-reditariorum venditionem.
4. Pupillus non patitur bonorum suorum venditionem.

Dicitur præterea nulla adiudicatio, † si sententia adiudicationis contra pupillum indefensum feratur: Pupillus † autem indefensus dicitur, quando curator ei ad lites datus nunquam comparuit, nec incompetentiæ exceptionem opposuit, quo fit ut sententia nulla sit, ut voluerunt Bart. Bal. & Angel. & alij. in l. pen. C. si aduers. rem iudic. & Bar. & Alex. in l. si contra pupillum. ff. de re iud. Et in adiudicatione bonorum ex causa dotis iudiciali, tradit Roman. in consil. 454. & Abb. in consil. 43. vol. 2. & Castren. in consil. 430. in l. vol. Nec prædictis obstat, si dicatur pupillum tunc indefensum dici, cum curator citatus nō est: at secus si fuerit citattis, sed comparere recusa-rit; Ad hoc namque responderetur ex iis, quæ volue- runt Bart. Ang. & Castren. in locis supra deductis: Nam loquuntur, quando turor seu curator citatus

fuit,

suit, & interuenit in medio causæ, vel in principio, non autem postea: Pariter dum dicitur nō obstat quod Docto. in d. l. si contra pupillum, & in d. l. pen. loquantur de sententia definitiva: & ideo aliter de secundo decreto dicendum sit, & bonorum hæreditariorum venditione. Quod tamen sane decretum, & bonorum hæreditariorum venditionem pupillus patitur. *l. apud Iulianū. §. 1. ff. quib. ex cau. in posse. eatur.* & tradit gl. in d. l. si contra pupillum. & Paul. *Castrēn. in consl. 430.* dum vult pupilos pati venditionem bonorum paternorum tantum, tamen nō autem propriorum ipsorum, & ideo voluit *Alex. in l. si finita. §. Iulianus. nu. 60. & 62. ff de damno infecto.* Prædictis enim breuitatis causa omissis aliis, quæ dici possent, respondet id in venditione facta seruatis seruandis locum habere, ordine scilicet & dispositione. d. l. à Diuo Pio. §. in venditio. ff. de re iudi. videlicet ut prius bonorum mobilium discussio fiat, illis autem extare non repertis bonorum immobilium à peritis facta estimatione, & subhastatione subsequita, & oblatori iustum pretium offerenti facta venditione: at secus si statim prædictis nō seruatis ad adjudicationem creditori faciendam deueniatur. Prædictis n. non seruatis, in contrarium deducta non obstant, & ex cōsequenti ipsa adjudicatio nulla est.

C A P. X L I X.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum facta ratificatione minoris non conualidatur.

S V M M A R I A.

- 1 Ratificatio facta l. fina. C. si maior factus, quando locum habeat.
- 2 Declaratio l. fin. C. si maior factus.

Datio tamen in solutum facta ratificatione, de qua in l. si. C. si maior factus aliena sine re iudic. fac. rat. habu. non conualidatur, si iudex bona immobilia, pupillo ignorantem & non seruatis solemnitatibus, de quibus supra alienet: Nam tamen inquit ibi gloss. quam sequuntur Doct. illa lex tunc locum habet, cum tutor vel curator bona minoris sine decreto vendunt, scientibus tamen & volentibus minoribus: vel quando ipsi meti minores curatore carentes vendunt: si vero tutor vel curator vendant, minoribus vel pupillis ignorantibus, dispositio. d. l. cessat.

C A P. L.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum differt à promissione dandi.

S V M M A R I A.

- 1 Datio vera in solutum non est, quando instrumentum continet promissionem dandi in solutum.
- 2 Promissio dandi in solutum, est quedam nuda cattio.
- 3 Vendendi promissio non est venditio.
- 4 Datio in solutum sine traditione promissio dandi in solutum censetur.

Iigesimoquarto loco adnotandum est, tamen promissionem dandi in solutum dationem veram

non esse: sed tamen nudam quandam cautio nem iuxta ea quæ habentur in l. sancimus. C. de verborum signific. & in l. cautum. ff. eodem titul. Prout etiam idem de tamen promissione vendendi dici solet: Quæ sane venditio non est, & ita habetur de aliis similibus. Et ideo dixit Cephal. in consl. 159. num. 17. vol. 3. dationem in solutum tamen sine traditione censeri promissionem dandi in solutum, ut ibidem ipse latius dedit.

C A P. L I .

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio semel facta, irreuocabiliter valet, ex clusa pœnitentia, & quando hoc fallat.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum legitime facta valet, & amplius retractari non potest, cum non detur locus pœnitentia.
- 2 Datio in solutum à conuentione procedens pacientium, à procuratore reuocari non potest.
- 3 Datione in solutum vel adiudicatione transfertur dominium, siue detur à parte parti, siue à iudice vel arbitrio.
- 4 Dationem in solutum qui accipit, plenum ius consequitur, & in pleno iure succedit ille, qui mittitur in possessionem ex secundo decreto.
- 5 Dominium verum transfertur, si datio in solutum fiat contra legem, vel eius formam.
- 6 Datio in solutum facta pro certa summa & interuersario, valida est.
- 7 Datio in solutum tollit omnem obligationem, cum ea datione creditoris satisfiat.
- 8 Satisfacere, & soluere, à pari procedunt.
- 9 Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.
- 10 Creditoribus non debet nocere iniuria vel violentia siue vis facta debitoribus. & num. 16.
- 11 Obligatio certis modis tollitur.
- 12 Debitorum precepto iudicis illicito quod soluant, obtemperare non debent.
- 13 Debitum in quibus casibus quis possit exigere.
- 14 Soluens alij, inuite & ignorantem creditore, non liberatur.
- 15 Liberationem inducit iussus iudicis, quod quis soluat.
- 17 Solutio facta predoni non liberat, nisi predon soluat domino.
- 18 Soluens predoni coactus liberatur.
- 19 Iniuria si fiat creditori & debitori, in pari causa, peior est conditio possessoris.
- 20 Liberationis causa potior est, quam obligationis.
- 21 Nomen debitoris in solutum dari potest.

Vigesimoquinto loco postquam supra in hoc & eodem §. tractauimus de iis tamen dationibus in solutum, quæ in aliqua ex causa non subsistunt: Superest modo, ut pro regula dationem in solutum seu adiudicationem subsistere, ita ut reuocari nō possit, nec villa derur pœnitentia constituantur, ut est text. vbi Bald. & alij tradunt, in l. cum dominam. C. de pigno. vbi expresse habetur, si res in solutum detur creditori vel adiudicetur, huiusmodi dationem incommutabiliter subsistere: nec pœnitentia ullo modo locum esse, ut probat text. in l. prima. C. si antiq.

etiam credit. & in l. successores, vbi etiam Bald. & alij.
 2 C. sol. no. vbi pariter habetur, dationem † in solutum a pacientium conuentione prouenientem p[ro]penitentia reuocari non posse, per textum in l. prima. C. de pact. pigno. Inquit enim ibi Imperator, debitore non satisfacente creditori infra tempus conuentum, & eo elapsa rem in solutum succedere conuentum sit, huiusmodi pactum firmum ac validum esse, vt habetur etiam in l. si fundus. § fin. ff. de pigno. & tradit Paris. in consil. 81. numero 27. volum. 2. Praeterea, quod datione † in solutum sive adiudicatio-
 ne, sive fiant à parte, sive à iudice vel arbitro, dominium transferatur, voluit etiam Crau. in consil. 248. colum. t. dum concludit, quod si pars bona aliqua in solutum dedisset, vtique eorum dominium in ac-
 cipiente trastulisset, l. i. ff. pro soluto. Et ideo infert eodem modo à iudice quoq[ue] arbitro vel arbitrato-
 re transferri, cum vices partis ex legis dispositione substineant, vt voluit etiam Decius in consil. 558. cir-
 ca principium, & iterum Paris. in consil. 42. colum. 2. in fi.
 vol. 1. & Alex. in consil. 98. num. 9. cum sequen. volum. 5.
 & tradit Socin. in consil. 360. num. 3. volum. 1. Quando-
 quidem dubium non est, quin ille, cui in solutum
 4 datur, † plenum ius consequatur, vt inquit Barto. &
 sequuntur alij, in l. Pomponius. §. si ius. ff. de acquir. pos-
 sess. & in l. à Diuo Pio. §. si pignora . ff. de re iudic. prout etiam in ius plenum succedit, qui mittitur in pos-
 sessionem ex secundo decreto. l. si finita. §. Julianus,
 vbi tradit gloss. ff. de damno infecto. & clare Cephal. in
 consil. 264. num. 40. volum. 2. & Ruin. in consil. 172. nu-
 mero 1. vol. 1. Possessio autem in his terminis data vel
 accepta intelligitur, vt voluerunt predicti Doct. si-
 uere sit, sive ficta. Predicta autem conclusio pro-
 cedit & locum habet, nisi huiusmodi in solutum
 5 datio, vel adiudicatio, † contra legem vel eius for-
 man fiant: quo casu certum est ex eis dominium
 non transferri, vt inquit Ruin. in consil. 136. nu. 7. vol. 1.
 per text. in l. non dubium, & ibi notatur. C. de legib. &
 tradit Bartol. & sequuntur Doct. in l. 1. §. si vir. ff. de ac-
 quir. posses. & Crotus in l. 1. §. eadem autem, nu. 26. ff. de
 verbor. obligat. Præterea ultra predicta, quod huius-
 modi in solutum datio, seu adiudicatio, p[ro]penit-
 entia reuocari non possint, concludit etiam Soci. iun.
 in consil. 41. num. 15. volum. 3. & loquitur de datione in
 solutum sub conditione inter partes, facta, vel cum
 pacto, quod nisi intra tempus constitutum, debi-
 tum soluat, res sit creditoris. & idem voluit Ce-
 phalus in consil. 286. num. 15. volu. 2. & loquitur de da-
 tione facta à parte parti. Dati † enim in solutum
 6 potest & solet pro summa debita liquidata & inter-
 usorio, vt inquit Paris. in d. consil. 81. num. 40. vol. 2. Ac-
 cedat predictis, † dationem in solutum seu adiu-
 dicacionem omnem tollere obligationem, cum
 7 eis creditoribus satisfiat: Et † satisfacere vel solue-
 re à pari procedunt, vt inquit Calcan. in consil. 35. nu. 4.
 & 5. & est text. in l. satisfactus. ff. de solutio. & l. quod si
 nolit. §. illud. ff. de edilit. edicto. & l. solutio. ff. de verbor.
 oblig. Et ideo dicitur, solutione eius, † quod debe-
 tur, omnem tolli obligationem; Inst. quib. mod. tol-
 lit. oblig. in prin. Præterea, quod datio in solutum vel
 adiudicatio solutio[n]em crediti & debiti inducant,
 tradit Paris. in d. consil. 81. num. 35. volum. 2. & Socin. iun.
 in consil. 41. num. 14. & in consil. 118. num. 9. volum. 3. &
 Ruin. in consil. 57. in princ. ante num. 1. volum. 5. Item
 quod habeantur pro solutione, tradit Alber. in tra-
 tract. statuto. lib. 1. qu. 86. num. 2. Præterea, quod datio

in solutum solemniter facta & adiudicatio ita va-
 leant, vt reuocari non possint, frequentioribus
 calculis receptum est, vt inquit Decius in consil. 592.
 nu. 2. versc. sed breuiter, dationem in solutum, quæ
 causa cognita facta est, & cum autoritate iudicis,
 à debitore reuocari non posse, eiusve hæredibus
 vel aliis, quibusvis competeret, etiam si eam sum-
 ma soluere velint, cuius causa in solutu datio ema-
 nauit, prout magis cōmūnem opinionem esse in-
 quirit etiam Alexan. in l. si finita. §. Julianus, colum. fin. ff.
 de dam. infecto. afferens id probari in d. si finita. §. il-
 lud queritur, in vers. Postea autem quam. dum ibi dicitur.
 Postea quā quis possidere ius dominii à Prae-
 tore iussus est: nequaquā locus erit cautionis obla-
 tioni. & ita ait Labeo. Ceterum nullius, inquit, finis
 rei inueniretur, licet aliter sentire videatur Hippo-
 ly. Riminal. vir excellentissimus & peritissimus, cui
 ego semper plurimum tribui & tribuo, in consil. 3.
 nu. 9. vol. 1. oblatione debiti reuocari posse. Et con-
 tra ea, quę dixit Ceph. in consil. 198. num. 11. volum. 2.
 & quod data re in solutum, amplius relui non pos-
 sit, tradit Lopes in tract. commu. opinio. in verbo, datio,
 per ea qua voluit Decius in d. consil. 558. colum. 1. versc.
 in contrarium. Et ideo querit Tiraquell. in tracta. de
 retract. conuentio. in fin. numero 118. cum seq. An quo-
 tiescumque ex pacto res data in solutum lui potest,
 pignori accedit. Et cum hac conclusione concordat gloss. in l. properandum. §. si autem reus, in verbo,
 audiatur. C. de iudic. & in l. 2. in gloss. fin. C. vbi in rem
 actio. & in cap. contingit, in glos fin. extra de dolo & con-
 tumac. per text. in l. si prius. C. de distract. pigno. & in ca-
 pitul. quoniam frequenter. §. fin. in gloss. fin. & idem te-
 net Angel. in d. l. si finita. §. si plures, col. fin. ff. de damno
 infecto. vbi reprobat Bart. in d. §. Julianus, dum vult,
 vt quando creditori res in solutum data est, credi-
 tor dominus efficiatur: attamen si debitor infra
 biennium rediens debitum soluere velit, audiendus est, per text. in l. fin. C. de iure domin. impetr. Id
 quod videtur etiam tenere Bald. in l. 2. §. si absens, col.
 1. vers. ex hoc habes. ff. si ex noxa. causa aga. vbi inquit id
 procedere, nisi locorum statutis aliter prouisum
 sit: quę omnino seruanda sunt, vt inquit gl. in d. l. fin.
 in verbo. recuperare. C. de iure domin. impetr. Atta-
 men predictis non obstantibus, quod datio in so-
 lutum, seu adiudicatio, per predicta reuocari non
 possint, magis communis opinio est, prout vo-
 luit etiam Imola in d. l. si finita. §. postea antem. & re-
 fert Ang. dicens idem tenere Castren. ibi, in fine, &
 Bald. iterum in l. fin. in si. C. de bon. author. iudic. posid.
 Et cum predictis concordat Salyc. in authen. qui iu-
 rat. col. pen. vers. Quero decimo. C. de bon. auth. iudic. pos-
 siden. dum inquit, debitorem postquam res credi-
 tori in solutum data est, audiendum nō esse. Com-
 probatur hæc conclusio per text. in l. successores. C. de
 solutio. vbi datio in solutu reuocari non potest, pro-
 ut etiam venditio semel perfecta, etiam cum Imper-
 toris rescripto rescindi non potest. l. de contractu.
 C. derescit. vendit. Et id etiam verum est, si vendor
 pretium etiam duplicatum restituere vellet: Nam
 talis venditio emptore inuito rescindi nō potest. l.
 non est. C. eod. tit. Illud enim quod venditione dici-
 tur, de datione quoq[ue] in solutum seu adiudicatione
 dicendum est: cum (vt supra late dictum fuit) em-
 ptioni & venditioni penitus comparentur.

Hæc sane conclusio, an procedat, si debitor à Iu-
 dice, parte vel arbitro in solutum dare compellatur
 fuit

fuit à maioribus nostris dubitatum: Et prima facie locum non habere dicendum videbatur, quia
 10 inturia & vis in debitores creditoribus nocere † nō debet. *I. exceptione ff. de fidei usso.* & *I. si per imprudentiam ff. de enuntio.* & *I. fin. § si à socio ff. de his, que in fraud. credit.* & *I. qui cum maior. ff. de bon. liber.* & *I. quod nosrum est ff. de regu. iur.* Et regula est vulgarissima, non debere alteri per alterū iniquam conditionem inferri. *I. non debet ff. eod. tit. dereg. iur.* & subdit compari per tex. in *I. lectos ff. de peric.* & *commo. rei vendi.* Accedat etiam, quia certi & determinati sunt modi,
 11 † quibus obligatio inducitur. *Instit. quibus mod. re contrahi. obligat.* per totum titulum. Sed de his terminis non constat, Ergo. Et hoc arguendi genere vtitur Imperator in §. actionum, *Institu. de actio.* & in *L. obligationum fere.* §. penultim. ff. de actio. & obligat. & *I. patre furioso.* ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.
 12 Præterea, huiusmodi debitores † tali iudicis præcepto, vt soluat, mandantis obtemperare non debuerunt, ex quo illicitum erat, & ideo ei resistere & contradicere poterant. *I. nec magistratibus ff. de iniurijs.* & *I. facultas defensionis.* C. de iure fisci, libro 10. Et quatenus id non fecerint, eis imputandum est. *I. damnum, quod quis ff. de regul. iur.* tum etiam, quia
 13 quidam sunt casus speciales, † in quibus quis alteri creditum suum exigere potest. *I. debitoribus.* C. de admini. tuto. & *I. tutores, eodem titulo.* & *I. secunda, in fine.* C. quando fisc. vel priua. debit. sui debit. conuen. & *I. secunda ff. de curat. bonis dando.* & *I. secunda.* §. si eo tempore. C. de admini. rer. ad ciuita. pertinen. Et sic in contrarium est ius commune. *I. prima, in fine ff. de munieribus.* & hono. Et ratio est, quia † qui alteri soluit, inuito vel ignorantie creditore non liberatur. *I. in iusto.* C. de solutio.
 Contrariam vero opinionem, quod imo debitores liberentur, † secuti sunt quamplures ex eo maxime quod id efficiat iussus iudicis. *I. si stipulatus.* §. si lancer. ff. de solutio. & *I. prima.* §. si pecuniam ff. de depositi. & *I. ait Prætor.* §. permittitur. ff. de mino. Odio namque creditorum compulsi videntur: & ideo huiusmodi cōpulsio ipsis debitoribus: quin omnino libetur, nocere non debet. *I. liberatio.* §. *Lucius.* ff. de annu. legatis. & *I. si merces.* §. culpa. ff. loca. Illud autem, quod dicitur, iniuriam collatā † in debitorem creditori nocere non debere: verū est & procedit, nisi ipsorum odio & culpa facta sit, vt ex iuribus prædictis manifeste apparet. Præterea si fortasse
 17 obiciatur solutionem † factam prædoni debitorum non liberare, nisi prædoni domino soluat. *I. qui neminem.* §. *prædo ff. de solut.* & *I. si urbana ff. de con-*
 18 *dic. indeb.* Respondeatur id verum esse, si debitor † sponte soluat, at securi si coactus, prout pro hac parte videtur satis expressum in *I. item si verberatum.* §. *item ff. de rei vendic.* & *I. si forte, eodem titulo.* & *I. Paulo Callimacho ff. de lega. tertio.* Item si dicatur † creditori & debitori facta iniuria, in pari causa potior est cōdicio posessoris. *I. si seruum.* §. sequitur. ff. de verbis. oblig.
 19 ac etiam † liberationis quam obligationis. *I. Ariannus.* ff. de actio. & obligatio. tum etiam quia bona fides non patitur ut bis idem exigatur. *I. bona fides ex contractibus ff. de re iudic.* & *I. fina ff. in quibus cau. pign. tacit.* contraba. Accedat etiam quod magistratu vt iudic parere debuerunt, Authen. vt om̄. obed. prouin. per totum, & *I. prima ff. de iusfit.* & iure. Hæc quæstio. vt dicitur eodem in loco Alberic, fuit antiquitus a

multis tractata: nam eam attigerunt Hostiensis, Alberic. Papien. Guido de Suza. in versicul. sed po ne questionem de facto: Quidam de facto ecclesie, & duobus versiculis sequentibus. & soluendo dicebant, debitores liberatos non esse: Et ideo si creditores reueterentur, eos conuenire possent, per ea quæ supra pro alia opinione deducta fuerunt, & præsertim per text. in *I. fin.* §. *fin ff. de pign. actio.* & *I. creditor oblatum.* ff. de solut. & *I. lectos ff. de periculo & commo. rei vendite.* & *I. serus plurium ff. de lega.* primo. Thomas autem Piperata, cum hanc quæstionem Bononiæ disputaret, ita distinguebat, videlicet quod aut creditores de Lambertinis, de quibus tunc tractabatur, & Bononia iniuste & sine eorum culpa causæ cognitione expulsi erant: & tunc debitores liberati non intelligantur, & ideo conueniri possint, & ipsi debitores contra magistratum, qui iussit seu in solutum dedit, siue adiudicauit, agere debeant, vt habetur in *d.l.* nec magistratibus ff. de iniur. & ita intelligentur & procedant iura, quæ pro hac parte deducuntur. Dixit autem sine culpa, quia nemo sine ea puniendus est. cap. sine culpa, extra deregul. iur. Et vbi non est culpa, non debet esse pena. *I. sanctus C. de pæn.* Dixit etiam, sine cognitione: quia quando etiam eo modo Index sententiam tulisset, attamen non valerer. *I. fin.* C. commi. & epistol. & *I. ex stipulatione.* & *I. prolatam ff. de sentent.* & interloc. omn. iudic. si vero culpa sua, seu delicto exclusi sint, seu expulsi, cumque causæ cognitione: & tunc ab omni obligatione præcedenti liberi esse intelligentur, per alia iura ad hoc supra deducta. Alii præterea alio modo hoc pacto distinguebant, videlicet quod aut bona debitorum vi statutiv vel consuetudinis publicata fuerunt, & tunc debitores liberi esse intelligentur: quia in eo casu communitas Bononia vel alterius loci, à quo expulsi fuerunt, successit ipsis creditoribus. *I. actione.* §. publicatione ff. pro socio. & *I. tertia, cum similibus.* C. ad leg. *Iul. de vi.* Hac de re ibidem subdit Alberic, plenissime dixisse in eodem libro, statutorum, in tertia parte, versicul. item quero, an hodie sint correcta. Dynus vero in hac quæstione debitorum coactorum soluere, indistincte eos liberos esse arbitratur: dicitque de hoc esse speciem in *I. liberato.* §. *Lucius.* ff. de annu. legat. & in *d.l.* *I. Paulo Callimacho.* §. *fin ff. de lega. tertio.* Socinus autem senior in consilio 37. numero secundo, & numero decimotertio, volumine quarto, in hac conclusione dicit animaduertendum esse, an nomen debitoris in solutum detur: Nam nomine debitoris in solutum dato, debitorem liberari arbitratur. Nomen † vero debitoris in solutum dari posse, dubium non videtur. *I. fina.* C. quando fiscus vel priuat. & probant ea, qua habentur in *I. à Diuopio.* §. si pignora, & in §. sic quoque. ff. de re iudic. & in *d.l.* ordo. C. de execu-
 21 tio. rei iudic. & tradit Socinus in dicto consilio trigesimo septimo, numero secundo, & numero decimotertio, vbi etiam notat, præceptum Iudicis non sufficeret nisi etiam in solutum dederit: & id de priuato debito, non de publico dicendum est, & ideo videlimus quotidie practicam obseruare, vt illi qui tute soluere volunt, vt sibi ab aliquo magistratu imperetur procurent: & præsertim à superiore: & id, quia quotidie in facto contingit,
 diligenter notandum.

CAP. LII.

ARGUMENTVM.

Dato in solutum nomine debitoris, actio transfertur ipso iure sine cessione.

SUMMARIA.

- 1 Actiones ipso iure transferuntur in creditores absq; alia cessione si nomen debitoris in solutum pro reliquo detur.
- 2 Reliqui mentio inducit liberationem totius.

Vigesimo sexto redeundo ad nomen debitoris, notandum est, quod quando pro reliquo † in solutum datur, vel quid aliud, actiones ipso iure & absq; alia quavis cessione in creditores transferuntur, vt notat gl. & sequuntur Doctor. in l. si ex pluribus ff. de solutio. & leg. final. C. quando fiscus vel priua. & notat igitur gloss. & sequuntur Doct. in l. prima. C. de action. & obligation. Nam reliqui mentio totius liberationem inducit, & ideo sublata est omnis obligatio debitoris: quo sit, vt ille, cui datum est in solutum ab aliis creditoribus, molestia vlla affici non possit. l. pupillus. §. primo. ff. de his, que in fraud. credit. & l. si non expedierit. ff. de bonis autho. iud. poss. & voluit Paul. Castren. vt ita tollatur omnis obligatio, vt ille cui res in solutum data est, molestia affici non possit, propterea quod res in solutum data amplius obligata non remaneat. in consilio 326. num. 2. versic. sed nec iste, volumi. secundo. Sed maior videtur dubitatio, an ita tollatur primæua obligatio: vt ille etiā qui in solutum accepit, amplius petere non possit, nec ad primæuam obligationem redire. Qua in re Afflict. in decisi. 335. num. 20. eam omnino sublatam esse arbitratur: quia vt diximus supra, solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio, Institution. quibus modis tollit. obligat. in prin. tum etiam, quia (vt supra s̄epe diximus) datio in solutum vim emptio- nis & venditionis habet: Et ideo dicunt, eum cui in solutum datum est, pro euictione agere debere, vt notat Bartol. in leg. eleganter. ff. de pigno. actio. & in l. si quis aliam. ff. de solution. & facit text. in leg. final. ff. de condition. ob caus. & tradit Socinus iunior in consilio quadragesimo primo, numero vigesimo, volumine tertio.

Limitat tamen ibidem hoc Afflictus, si datio ipsa in solutum sit nulla: nam tunc prima actio non colligitur, vt ibidem per eum.

Secundo limitatur, si pena apposita sit: nam eo casu sublata vel nouata prima obligatio non videatur, vt est text. in l. prædia. ff. de actio. empt. & l. obligatio- num sere. §. final. ff. de actio. & obligatio. & tradit Bart. & sequuntur alij. in l. ita stipulatus, la grande, in quinta, & ultima parte legis. ff. de verborum obligation. vbi inquit latissime de hoc tractasse Socin. iunior, in dicto consilio 41. nu. vigesimo, volumine tertio. Limitatur, quando in ipsa datione in solutum apponitur pactum, vt à prima obligatione non discedatur, nisi res fiat accipientis: nam tunc sequuta euictione potest ad primam actionem redire, Iason. in l. eleganter, numero octauo, ff. de pigno. actio. & vide Alban. in consil. 2. num. 12.

CAP. LIII.

ARGUMENTVM.

Datio in solutum vel adiudicatio in iure patronatus non valet.

SUMMARIA.

- 1 Iura alia indiuisibilia licet possint à iudice inter hæredes adiudicari alicui hæredi in solutum, & alteram partem grauare, vt pro æqualitate pecuniam soluat, fallit tamen in iure pa- tronatus.
- 2 Ius patronatus non diuiditur, nec adiudicatur, vel in solutum datur, sed in solidum permanet apud omnes.
- 3 Ius patronatus apud omnes hæredes est in solidum.
- 4 Ius patronatus regulariter non transfertur titulo sin- gulari.
- 5 Simonia committeretur, si ex actu adiudicationis ius patronatus transferretur.
- 6 Adiudicationis causa vel dationis in solutum, ali- quid restituitur.

Vigesimo septimo redeundo ad illud, quod supradictum est de iure adiudicando, seu in solutum dando, limitatur prædicta conclusio, vt in iure patronatus non procedat, vt inquit Pau. de Cittadi. in suo tractat iuris patronat. in nona parte, sub rub. Quomodo transfertur ius patronatus, numero vi- gesimotertio. dum inquit hanc dubitationem attigisse & resoluisse Ioan. And. in c. querimoniam, in eodem tract. inquietus, quo licet alia iura † indiuisibilia pos- sunt à iudice inter hæredes eorum alicui adiudicari, vel in solutum dari, grauando eundem cui adiudicatum datum est vel adiudicatum, vt alteri hæredi pecuniam pro æqualitate refundat. l. 3. ff. famili- eris. & l. hæredes. §. 1. eod. tit. Attamen contrarium in iure patronatus dicendum esse arbitratur: quan- doquidem illud nec † diuiditur, nec adiudicatur, sed in solutum apud omnes permanet: Et hoc in- quit secundum Goffred. ibidem, prout etiam notatur in cap. vnico, eod. tit. videlicet † apud omnes hæredes 3 in solidum esse: & licet ipse non insistat, optime tamen probatur, vt ibidem inquit Paul de Citta. eodem in loco: quia † regulariter nō transfertur ius pa- tronatus tit. singulari, vt est in casu adiudicationis: nam vt quodammodo simonia † committeretur, 5 dicendum esset: si ex talia actu adiudicationis trans- iret, cum pro adiudicatione † aliquid restituen- dum sit, vt habetur in l. item Labeo scribit. §. 1. ff. fam. ex- cis. & c. latius. & in §. quædam, in fin. Instit. de action. Et quod ius patronatus non transcat ex singulari con- tractu, dixit idem Paul. in eodem tractat. quest. 3. eius- dem partis. 6

CAP. LIV.

ARGUMENTVM.

Datio in solutum quibus modis in Practica fiat.

SUMMARIA.

- 1 Dationis in solutum practica.

2. *Dans in solutum, quando suis creditoribus satisfici-
se dicatur.*

Vigesimo octavo pro facilitiori declaratione hu-
ius dationis in solutum, vel † adiudicationis
practica quædam, de qua meminit Socinus senior
in consilio 37. numero 9, vol. 4. & notat gloss. & Doctor.
in d.l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudicat. & Doct. &
presertim Bald. in leg. ordo. Cod. de execution. rei iudicat.
referenda est, † Aliquando enim, inquit ipsi,
datur causa iudicati, & pro executione sententia
nomen debitoris: & tunc iudex quandoque accer-
fisito debitore cuius nomen in solutum datur, & sic
vt dicunt, vocato nomine ei iubet, vt sit pignori, vt
voluit gloss. notabilis in leg. I. Cod. de preto. pignor. A-
liquando vero id non fit, vt simpliciter in pignus
retineat, sed mandatur simpliciter debitori vt sol-
uat, & tunc liberatur debitor: Aliquando & secun-
do conceditur potestas vendendi rem acceptam,
vt in d. §. si pignora. Aliquando & tertio, vt tanquam
extraneus emat. l. 2. C. si in causam iudicati. Et hanc
practican locum non habere, nisi quando constat
emptorem non reperiri, certum est, d.l. ordo, & l. f.
Cod. de execution. rei iudicat. Aliquando & quarto
res, quæ capitur in causam iudicati à iudice in solu-
tum altero datur de duobus modis: videlicet pri-
mum dando pro iusta æstimatione rem captam in
causam iudicati: & hoc casu si sit maioris æstima-
tionis: plus à creditore restituitur: si vero mino-
ris, illud quod deest, debitor supplet. Secundo au-
tem casu, si simpliciter pro debito detur: & tunc in
solutum datio seu adiudicatio procedunt, siue res
maioris, siue minoris extimationis sit, & hoc se-
cundo casu etiam creditore contradicente in solu-
tum cedit, etiam si iudex rem non idoneam adiu-
dicare velit, vt inquit gloss. in dicto paragraphe, si pi-
gnora, & sequuntur Iacob. de Arena & Bartol. ibi, & i-
terum Iacob. de Arena & Cynus in dicta lege ordo. Cod. de
executio. rei iudicat. Contrarium autem voluit gloss.
in dicta lege, ordo, vt scilicet creditore contradicen-
te, id locum non habeat: sequitur Anton. Butr. &
facit text. in dicto paragraphe, si pignora, in ver. nolue-
rit. & Riccard. & Salycket. in dicta l. ordo, & Imola in
dicto §. si pignora, opiniones concordando dicunt,
quod aut creditor à principio petiit adiudicari pro
iusta æstimatione: & tunc procedat secunda opini-
o, vt iudex non possit pro toto debito adiudica-
re vel in solutum dare: Aut simpliciter petiit adiu-
dicari vel in solutum dari: & tunc prima procedat
opinio, quia non potest creditor consilium deinde
mutare, argument. authen. at qui semel. C. quomodo &
quando iudex.

C A P . L V .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

1. *Datio in solutum, an noceat conductori, si res con-
ducta cum fructibus in solutum data sit vel adiu-
dicata.*

Vigesimonono oritur alia dubitatio, de qua
nonnulla dicenda sunt, quia quotidie ex facto
accidere potest: an scilicet † res alteri locata, si una
cum fructibus in solutum alteri detur, vel adiudi-

cetur, noceat conductori. Quia in re primo loco, at
etiam fructus in solutum dati sint animaduerten-
dum arbitrantur: quandoquidem tunc si locator
de iure suo cōduktionis non opponat, ex quo non
fuit reseratum: sed tacendo permisum fructus
quoque in solutum præstari videtur illi conductori
præiudicare huiusmodi in solutum datione, vel
adiudicatione voluisse: & ideo in hoc casu omnem
dicunt controuersiam cessare. Verum Cephal. in
consilio 254. numero trigesimo, volumine secundo, quic-
quid sit, inquit, quando fundus absque extimatio-
ne fructuum in solutum datur, ex quo tunc de illis
cogitatum non fuisse dici non potest, sed eos colo-
no reseratos fuisse, dicit tamen Cynus in dicta
ordo, C. de executio. rei iudica. hunc in modum distin-
guere: Aut enim dixit Cynus iudex pignus præto-
rium creditori in solutum simpliciter & indeter-
minate dat, & tunc pro toto & integro debito da-
re censeatur: at secus si pro aliqua certa ac determi-
nata summa det, propterea quod tūc quoq; ad re-
liquum ius creditori firnum & saluum remanet:
nam in claris conjecturis opus non est, l. continuus.
§. cum ita ff. de verborum obligation. Hanc distinc-
tionem & declarationem Cyni refert & sequitur
Bald. in d.l. à Diuo Pio. §. si pignora, in fine, vbi etiam Ca-
stren. in fine. ff. de re iudicat. illud tamen ad hoc anim-
aduertendum est: Nam aut intelligitur, vt supra di-
ximus prædium eum fructibus datum in solutum
vel adiudicatum fuisse: & tunc animaduertendum
est, quia aut fructus respectu debitoris, qui fundum
locavit considerantur: & tunc iuxta prædicta
distinguendum est: aut vero respectu & causa con-
ductoris: & tunc aut sunt, à solo separati: & tunc
ex quo sunt ipsius conductoris in dationem in solu-
tum pro debito locatoris, seu adiudicatione cō-
prehendi non debent, aut vero sunt adhuc super
fundo, & tunc seruanda est forma statutorum loci,
vt scilicet intra tempus constitutum pro suo iure
compareat.

C A P . L VI .

A R G U M E N T U M .

Datio in solutum an possit fieri à
reo criminis, cuius alienatio prohi-
bita est.

S V M M A R I A .

1. *Datio in solutum seu adiudicatio à reo facta
in casibus, in quibus alias alienare non potest, an
valeat, & quando.*
2. *Datio in solutum seu adiudicatio facta à reo valet,
quia facit illud, quod fiscus facere tenetur.*
3. *Heres primus licet propter repudiationem ius res-
tituendi non habeat vulgariter tamen substitutus
restituzione facta a fideicommissario, ratam habere
cogitur.*
4. *Restitutionem factam ab herede primo, qui ob re-
pudiationem ius restituendi non habet, vulgariter
substitutus ratam habere cogitur,*
5. *Administratio licet interdicta sit in crimen lese ma-
iestatis, potest tamen reus in solutum dare.*
6. *Datio in solutum seu adiudicatio valet in casibus, in
quibus non valet donatio.*

7 Alienatio necessaria etiam pendente appellatione fieri potest in crimen lae*sæ* maiestatis, & intelligitur per defensionem cause bona aliqua alienare posse.

TRigesimo oritur etiam non minus, pro huius materiae perfectione necessaria & utilis Doctorum illa alteratio, an datio † in solutum à reo criminis in casibus etiam, in quibus alienare non potest, valeat? In hac altercatione Doctores eum posse frequentioribus calculis concludere videntur, ut inquit Ioann. Annibal. in *l. post contractum*, numero, 314 ff. de *donatio per ea que notant Bal. & Ange. & Salyct. in leg. si quis post hac. Cod. de bonis prescrip.* qui Annibal ibidem hanc communem esse opinionem asserit, & eam subdit declarare recentiores ibidem, col. 23. ac etiam velle in illis casibus locum habere, in quibus etiam post sententiam administratio ipso iure interdicta est. Mouentur autem eadem ratione, de qua tradit Bartol. in dicta lege, post contractum, videlicet quia datio † in solutum, seu adiudicatio à reo facta, ideo valet, quia ipse reus illud facit, quod fiscus omnino facere tenetur: quo fit, ut fiscus illud, quod in solutum datum est, ratum habere teneatur ut inquit ibi Bartol. & mouentur per tex. in *l. s. Cod. de de petit. hered.* Hæc autem ratio, quādo intelligatur procedere, cū administratio est interdicta post sententiam locum habet, ut inquit facere text. in leg. si patronus. paragrapho fin. ff. 3 ad Senatus consult. Trebellian. vbi licet † primus haeres ob repudiationem ius restituendi non habeat, 4 ut voluit ibidem gloss. magna, vulgariter † tamen substitutus restitutionem fideicommissario factam ratam habere compellitur, ut Bartol. ibidem satis clare innuere videtur: cum, ut ex sua temporum distinctione constat in aliis differentiam faciat. Suadetur enim huiusmodi conclusio pluribus similibus. Videmus nanque in crimen lae*sæ* maiestatis, in quo administratio interdicta † est, reum in solutum dare posse, ut dixit idem Annibal in dicta lege, post contractum, in secundo tempore. Subdit tamen Ioan. Annibal eodem in loco, numer. 315. an id post sententiā quæ transiuit in rem iudicatum, locum habeat, satis probabiliter dubitare: Nam si verba Bartol. diligenter considerentur, id nullo modo inferre videntur: sed illud tantum quod in casibus, in quibus dixit donationem non valere: 6 dationem † in solutum omnino subsistere: sive rata sententia sit, nec sit appellatum, vel in rem iudicatam transferit, ipsum ius nullum habere, nec de eo disponere posse, ut voluit ibidem in quinto tempore. Et ideo subdit id in aliis casibus, de quibus supra per eum relatis, intelligi posse: quapropter cogitandum relinquit. Subdit præterea prædictos recentiores sua opinione retenta, illud inferre, ut etiam appellatione † pendente alienatio necessaria fieri possit in crimen lae*sæ* maiestatis: ne defensionis facultas reo auferatur: utputa si forte pecuniarum defectu & egestate appellationis causam prosequi non possit: quod quidem iniquum valde est, & contra tex. in leg. de defensionis facultas. Cod. de iure fisci, libro decimo. Huiusmodi enim defensio à iure naturali procedit, clement. pastoralis, de re iudicat. & l. vim vi. ff. de iust. & iure. Et ideo si sententia deserta appellatione feratur, vel in rem transeat iudicatum: tunc reus alienare non potest: Nam quod reus id facere pos-

fit iure cautum non reperitur. Si igitur id à iure stante appellatione permittitur: ergo ea deserta denegatur. vt est text. in leg. final. Cod. de ordine cognition. & in dicta leg. defensionis facultas. Cod. de iure fisci. libro decimo. ibi, vt si quid subtractum fuerit exigatur. & iterum ibi, quantum fuerit per fraudem ablatum. Ergo in aliis casibus securus est. Id autem contra Bartol. ideo esse dicunt, quia supra indistincte dixit, post sententiam non valere, non distinguendo ex causa necessaria: vel non ut lade tradit ibidem Ioann. Annibal. Præterea redeundo ad dationem in solutum, vel adiudicationem, eandem opinionem tenet Iulius clarus sententia. libro quinto. §. si. practi. criminal. Questione septuagesima octaua. versicul. scias etiam. vbi vult, ut debitor delinquens quandocunque de bonis suis, creditoribus suis in solutum dare potest. & hæc est communis opinio, ut inquit Picus in dicta leg. post contractum, numero quadragesimo primo. Hæc autem tunc locum habent & procedunt, vobisunque aliunde non extat defectus, quo actus corrut: nam tunc aliter dicendum est, & præserendum si simulata probetur, qui in eo casu satis est, si ex eo quod in solutum datum sit, non vitietur.

C A P. LVII.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum rei alienæ, domino eius non nocet.

S V M M A R I A.

- 1 Dari in solutum etiam res aliena potest.
- 2 Datio in solutum rei aliena non nocet domino, sicut nec emptio seu venditio.

TRigesimo primo dicunt Doctores nostri, quod ex quo datio in solutum emptioni & venditioni & quiparatur, † quemadmodum res aliena vendi potest. *l. rem alienam. C. de contrahen. emptio.* etiam à scientibus rem esse alienam. *vt notatur in l. si in emptione. §. item si emptor, eodem titulo, & voluit Bart. in l. si is, qui pro emptore. §. final. ff. de vsucatio.* Ita & adiudicari, seu in solutum dari. † & quemadmodum venditio vero domino non nocet. *l. alienum, & ibi Bald. Cod. de furt. & l. prima. C. de vſutap. pro empto.* & notatur in l. item si res. ff. de alien. iudic. mutan. causa facta. & in l. res aliena. ff. de contrahen. emption. Pariter etiam nec adiudicatio, vel in solutum datio, propterea quod vti verus dominus res ipsas venditas vendicare vel publiciana agere, vel remedio possessorio poterit. *l. prima, & tertia. ff. de triticar. & l. si coloni. C. de Agrico. & censit. libro undecimo,* vel agere actione furti, cum quis scienter rem alienam emerit: *vt est text. in l. si liberam. Cod. quod cuncto, & notatur in leg. in ciuilem rem, Cod. de furt. pariter etiam & iisdem remedii agere poterit dominus illarum rerum, quæ adiudicatae, vel in solutum daturae sunt.*

C A P. LVIII.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio non præsumitur.

S U M M A R I A.

- 1 Dationem in solutum allegare non sufficit, sed eam probare debemus.
- 2 Dominus nemo presumitur alicuius rei, nisi de domini principio constet.

TRigesimo secundo adnotandum etiam videatur, † datio hem in solutum, vel adiudicatione allegare non sufficere, nec factas fuisse presumi, sed esse omnino probandas, vt inquit Afl. in decis. 373. num. 5. per tex. in l. magis puto. §. illud. ff. dreb. cor. 2. Et ideo inquit, legem velle, † neminem alicuius rei dominum existimari, nisi de domini principio constet. vt inquit Bal. in l. sine posse det. C. de probatio. per tex. in l. ex persona eod. tit.

C A P. LIX.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum à principio nulla, vt sententia, nunquam transit in rem iudicatam.

TRigesimo tertio datio † in solutum, seu adiudicatio, si à principio nullæ sint, prout etiam de sententia dicitur, nunquam transirent in rem iudicatam, vt inquit Plotus in leg. si quando. numero quingentesimo vigesimo sexto. versicul. sic & in solutum datio. Cod. xvi. & tradit Maranta in suo Speculo aureo, in sexta parte, num. 141. & 144. & num. 155. in primo actu ultime partii. & Alexan. in consil. trigesimo secundo, volum. 4. & Villalob. in suis communibus opinionebus, numero 25.

C A P. L X.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum extra iudicium, parit actionem exempta.

TRigesimo quarto pariter etiam hoc loco adnotandum est, † dationem in solutum extra iudicium, exempta actionem parere, vt inquit Cor. in consil. 166. num. 6. vol. 2.

C A P. L XI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum facta à principe simpliciter valet.

TRigesimo quinto omittendum etiam non est, dationem † in solutum à principe factam simpliciter valere, vt inquit Bart. in d.l. a Diuo Pio. §. si pignora, num. 1. ff. de re iudicat.

C A P. L XII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Datio in solutum facta duobus cum pacto redimendi, an possit pro parte ab altero redimi.

TRigesimo sexto & ultimo loco quarendum est, † an datio in solutum facta duobus cū pacto redimendi, ab altero pro parte redimi possit. De hac questione vide Tiraquel. in tractat. de viro.

retract. in tit. de retract. ligniagier. §. 23. gloss. 1. numero 6. cum sequen. & an possit in totum redditini, restituto integro pretio, idem Tiraquel. in eodem tract. de viro. retract. in tit. de retract. conuentio. §. 1. gloss. 6. numero 33. cum multis sequen.

C A P. LXIII.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio in bonis restitutioni obnoxiiis an & quatenus fieri possit.

S U M M A R I A.

- 1 Datio in solutum, an fieri possit de bonis fideicommissis subiectis.

2 Prescriptio annualis procedit in adiudicazione, vel datione in solutum valida, non autem nulla.

TRigesimo septimo est etiam hoc loco querendum, † an bona fideicommissio subiecta in solutum dari, vel adiudicari possint? In hac dubitatione dicunt Doctor. posse, sed tantummodo durante vita debitoris, qui possidet, & debitum contraxit. l. peto. §. predium. ff. de leg. 2. & l. codicill. §. institutio. & ibi notat Bart. eadem tit. & l. fin. vbi Castr. Cod. commun. de legat. & l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iure fisci. & tradunt Bart. Bal. Imo. Ang. & Castr. in d. l. peto. §. predium. ff. de leg. 2. & Alexan. in consilio 23. opportune. num. 7. vol. 1. & Cur. iun. in consilio 161. numero 14. & 13. volum. 2. & Iean. Anton. Rube. Alexan. in consil. 1. numero decimo. & in consilio 53. numero 6. & Ruin. in consilio 108. in causa hac bene intellecta, numero 14. & in consil. 147. ex pluribus. num. 13. & in consil. 168. num. 3. & 22. volum. 3. & Iaf. in leg. filius familias. §. Diu. in 2. lectu. num. 21. cum seque. & nu. 72. ff. de lega. I. vbi etiam tradit Ripa. & Ruin. in plurib. lotis. & praesertim, colum. 21. & 23. & de secundo decreto tradunt iterum Bald. & Salycet. in authen. ci qui, versic. quero, nunquid in rebus prohibitis. Cod. de bon. autho. iudic. possid. & Alexan. in l. si finita. §. si de vestigali. ff. de damno infecto, & in dicto consil. 23. dum approbat Bald. in d. authen. ci qui. & prius, vt diximus, hoc idem voluit Bart. qui ab omnibus approbatur, in dicto §. predium, dando cautelam. ff. de leg. secundo. † Et licet sint nonnulla statuta hac de re prescriptionem, vel aenalem vel longiore inducentia, vt scilicet ea completa quis audiri non debeat; id tamen in adiudicazione, vel datione in solutum valida, non autem nulla intelligendum est, vt supra plures recensuimus, & infra nonnullas alias referemus.

C A P. LXIV.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio an recte fiat in rebus extra familiam alienari prohibitis.

S U M M A R I A.

- 1 Adiudicatio, seu in solutum datio est nulla, cum sit de rebus expresse prohibitis alienari extra familiam.

1. *Adiudicatio; vel in solutum datio nulla; non dicitur adiudicatio; vel in solutum datio.*
 2. *Alienans; quando reuocare posse ipsam alienationem; thibit res ipsa be suspensio iuris in re.*
 3. *Rigesimo octauo prosequendo casus supra relatios in quibus datio in solutum non subsistit; addendum etiam praedictis est; † quando adiudicatio sive in solutum datio sit de rebus expresse prohibitis alienari extra familiam; vt inquit Ruin. in consil. 23. quia circa numero 14. volumine secundo, dum vult; vt vbi cuncte statutum disponit; vt tertius habens ius in bonis in solutum datis audiatur intra tempus aliquod ad id constitutum; de validain solutum datione; vel adiudicatione intelligendum esse; non autem de ea; quae ipso iure nulla fuit. Nam
 2. † datio in solutum vel adiudicatio nulla vel in quaesta; in solutum datio non dicitur. I. quarta. §. condemnatum. ff. dere iudic. & l. non putavit. §. non quae vis. ff. de bonor. possess. contra tabulas. & vrobie Barto. quod verba statuti loquentis de aliquo actu; de valido intelliguntur; vbi late tradit Ruinus. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Thom. Gramm. in decif. 93. numero 1. cum sequent per text. in l. fin. C. comm. de leg. & late tradunt Doct. in d. l. filius familias. §. primo. ff. de lega. primo; vbi in specie firmat Ambro de Opizo. dicens id præfertim locum habere; si testator in prohibitione caueat; vt ex tunc alteri ius quæstitum intelligatur. Et idem voluit Lauren. Calca. in d. consil. 8. existimans huiusmodi testatoris voluntate pro lege seruandam esse; vt est tex. in §. disponat. in auth. de nupt. quæ sane dispositio ne nullā reddit ita; vt statim retractari possit; & non solū à vocatis in casu alienationis; sed etiam ab eomet qui alienauit; stante nullitate prædicta; vt voluit Bar. & sequuntur scribentes in l. post mortē. ff. de adopt. & idem inquit Castren. in dict. l. final. Cod. commun. de lega. de re alien. prohib. per testatorem; vt in præiudicium ipsiusnet alienantis non subsistat ea ratione; † quod contra legem alienatum sit; & ideo ille met; qui contraxit; reuocare potest; vt inquit Alexan. in consil. 93. volumine 2. Et sic stante prohibitione testatoris potest etiam ille met; qui alienauit reuocare si viueret. Ergo multo magis eius haeredes; vt inquit Bal. in l. quoties la prima. Cod. de fideicommiss. & tradit. in consil. 21. numero 9. volumine secundo; & in consil. 17. numero 16. volum. 1. & in consil. 19. numero 13. vol. 2.*

C A P. LXV.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio non valet in re per legem & hominem simul alienari prohibita.

S V M M A R I A.

1. *Datio in solutum non subsistit; quando due concurrunt prohibitiones alienationis; videlicet expresa testatoris prohibentis; & tacita legis; quæ erit à simplici fideicommiss. prout etiam dicitur de venditione & qualibet alia alienatione.*

- 2. *Declaratio l. fin. C. com. de legat.*
- 3. *Res ecclesie nullo modo possunt alienari; quando cum prohibitione hominis concurrit prohibito legis.*
- 4. *Dispositio hominis & quipollit dispositio legis.*
- 5. *Actus gestus contra prohibitionem legis expressam; est nullus.*

T Rigesimo nono; datio † in solutum; prout qualibet venditio; vel alia quævis alienatio non subsistit; cum duæ concurrunt prohibitiones: expressa scilicet hominis; hoc est testatoris prohibentis res suas alienari: & tacita legis; quæ oritur ab ipso fideicommisso: Nam cum subiicit testator bona sua fideicommisso; pariter etiam saltem tacite dicitur ea alienari ac distrahi prohibere. In hoc enim casu datio in solutum; prout qualibet alia alienatio; est ipso iure nulla: Nec vlla vñquam tempore valet dominique translatio impeditur; vt inquit Paul. Castr. in l. filius familias. §. Diui. ff. de legat. primo. vbi tradit etiam Carolus Ruin. in 3. notabili; & Paul. Castr. iterum in consilio 10. clarum est; & in consilio 16. in causa; quæ vertitur; volum. 1. vbi in valde difficultiori & dubitabili casu idem procedere & locum habere existimauit; utputa si alienatio ab ignorantie ignorantia facta sit. Et ideo in hac specie † tex. in d. l. fin. §. fin. C. commun. de legat. non procedere hanc eandem conclusionem sequitur Corn. in consil. 29. 4. videtur prima facie; colum. 3. per totum; volum. 3. & tradit Socin. in consil. 49. consilio nostris; colum. penult. & sequent. volum. 1. & rursus idem Socin. in consil. 75. circa presentem; colum fin. volum. 1. attingit iterum Socin. in consil. 22. 7. presens. colum. secunda; & facit illud; quod voluit gloss. in authen. ius porrectum. Cod. de sacrosanc. eccles. & Doctores communiter in cap. primo; & secundo; extra de rebus eccles. non alienan. Vbi expresse habetur; quod licet in quibusdam casibus res ecclesiae alienari possint; † atamen si cum prohibitione hominis legis prohibito concurrat; alienari non possunt; cum duo vincula uno magis; vt dicitur; stringant; authent. itaque. Cod. commun. de succession. Imo dixit Iason. in dicto §. diui; in prima lectura; colum. penultima. in fin. alienationem non solum esse nullam & ex ea dominium non transferri; sed & titulum quoque nullum esse; & non subsistere; proque non titulo haber. Comprobatur prædicta conclusio ex eo; quod dispositio † hominis legis dispositioni æquipollit. §. disponat. in Auth. de nupt. & l. seruus. ea lege. ff. de manu. testam. Sed actus factus contra expressam legis dispositionem est nullus. l. non dulium. Cod. de legibus. cum iis; quæ ibi late notantur. Ergo idem quoque de eo dici debet; qui contra prohibitionem hominis à lege receptam gestus est; cum æquiparatorum idem sit iudicium. l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liber. & postbum. cum iis; quæ ibi copiose notantur. Multo igitur magis id dicendum est in casu nostro; in quo concurrere cum hominibus prohibitione expressa tacita legis presupponatur. Nam si dispositiones legis & hominis à pari procedunt; vt dicunt communiter Doctores in dicta lege filius familias. §. Diui. ff. de l. 1. Certe inferendum est; vt quemadmodum quando actus † contra dispositionem & expressam prohibitionem legis est ipso iure nullus; & omnino promissio & pœnae appositio; vt late voluit Iason. quem sequuntur alii; in dicta l. non

dubium. C. de legibus. Ita etiam dicendum sit, quando contra dispositionem hominis expressam gestus est, & id de qualibet promissione & pœnæ appositione ad illius conservationem & implementum adhibita dicendum est. Ratio autem ea est, quia sublato principali, accessorium quoque quod libet remouetur. ut notatur in leg. cum principalis. ff. de reguli iur. & in capit. accessorium, extra eodem titul. & late tradunt recentiores in leg. prima, § si vir. ff. de acquir. possess. Quemadmodum igitur legis & hominis resistente prohibitione quilibet promissio & pœnæ appositi nulla est ipso iure; ita idem etiam de promissione euilectionis vel alterius pœnæ estri. ipso iure nulla, tanquam accessoria, cum actus principalis nunquam valuerit. Et id videntur confirmare Doctores, dum volunt dicta fin. §. fin. disponentem alienata vendicari non posse, quando alienatio ab ignorantे ignorantи facta est, locū nō habere, quando cū fideicommisso concurrerit expressa prohibitio alienationis, ex quo tunc validior est, & adeo aliud, in quo militat diuersa ratio: quando enim cū fideicommisso expressa cōcurrerit hominis prohibitio, ita iudicatur de alienatione ignoranter facta, vt de scienter facta, ut in consilio supra adductis habetur.

C A P. LXVI.

A R G V M E N T U M.

Datio in solutum vel adiudicatio non subsistit cum continet laſionem enormissimam.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum dicitur nulla, cum continet magnam laſionem.
- 2 Datio in solutum dolum continere dicitur ex eo, quod non est seruatus ordo d. §. in venditione, in distraſtione bonorum mobilium.
- 3 Dolus præsumitur, quando quis formam iuris, aut statutorum non seruat.

Quadragesimo nulla & præterea dicitur adiudicatio, seu in solutum datio, quando enormissimam laſionem continent, & valde minores sunt iusto pretio: Eo enim casu vel nullæ sunt ipso iure, vel irritantur & annullantur. Ratio autem est, quia dolus re ipsa, qui dolo ex proposito æquiparatur, interuenire dicitur, ut inquit Rom. in consil. 54. & in consil. 68. & Bal. Cas. Calc. Socin. Dec. & alij complures, quos refert Aymon Craue. in consilio 142. & in consilio 192. & Cassa. decif. 2. sub titul. de emption. & vendit. vbi id etiam in eo contractu locum habere censem, in quo iusinrandum appositum sit, ut satis copiose tradit Cagnol. in leg. 2. sub numero septuagesimo nono, & octuagesimo primo. Cod. de rescind. vendi. concludens ipsum quoque contractum ob huiusmodi enormem laſionem nullum esse, ut infra latius, cum de juramento tractabimus, dicetur. Dolum & autem in datione in solutum seu adiudicazione patet etiam ex eo, quod ordo dictæ leg. à Diuino Pio, paragrapho in venditione ff. de re iudicat. seruatus non sit, ut scilicet prius ad bona mobilia manus

apponatur, & an ad sint discutiatur: eis vero non repertis, ad immobilia deueniatur, ut suo loco latius dicemus. Ac etiam ut prius bona subhastentur & extimentur antequam ad ipsam adiudicationem vel in solutum dationem deueniatur. Quando tamen enim quis formam iuris aut statutorum non seruat dolose agere præsumitur. cap. qui contra, de reguli iur. in 6. & in hu terminis tradit Roman. in consilio quinquagesimo quarto. numero quinto. & est gloss. in leg. 1. in versicul. mala fide. Cod. de fide instrument. lib. 10. & tradit Lauren. Calc. in consilio vigesimo quinto. numero 13. Ex ipsa namque talis ordinis omissione colligitur, omittente in prædictum in solutum tantum leuissimo pretib habere procurasse. Quod sane fortasse non accidisset, si mobilia prius vendita fuissent: ex quo fortasse earum pretium ad creditori prædicto satisfaciendum satisfuerit: nec ad bonorum immobilium alienationem, quam creditor valde fortasse desiderabat, ut sibi adiudicarentur, vel in solutum darentur, deuenire opus fuisse: sive ouiplo habuit tempore iusti dictionis bonorum, sive in aliis tempore iusti dictionis bonorum. C A P. L X V I I .

A R G V M E N T U M.

Datio in solutum vel adiudicatio non valet, vbi antea debitori fuit satisfactum.

S V M M A R I A.

- 1 Datio in solutum seu adiudicatio facta creditori, cui iam satisfactum sit, dicitur ex falsa causa emanasse & inualida est.
- 2 Fructus una cum re data in solutum repeti possunt, quando datio in solutum seu adiudicatio ex falsa causa facta est.
- 3 Datio in solutum seu adiudicatio in totum vitiatur, si creditori sit pro parte tantum satisfactum.
- 4 Creditor non tenetur compensare fructus, quos percipit à tempore tenute usque ad tempus dationis in solutum seu adiudicationis, & non dicitur plus petisse, ut adiudicatio reddatur nullo debitore non opponente.

Quadragesimo primo est etiam nulla adiudicatio seu in solutum datio, & si fiat creditori cui vel eius procuratori satisfactum erat, propterea quod ex parte petentis à falsa causa emanasse dicitur, & ideo communiter pro inualida habetur: Quo fit ut bona adiudicata, & seu in solutum data vna cum fructibus condicione indebiti vel sine causa repeti possint, ut tradit Bartol. & sequuntur alii scribentes in l. iuste possidet ff. de acquirend. possess. Nam sibi cum vere nihil debeatur, fructus suos facere non potuit, ut tradunt scribentes ibi, & De cius post Abbat. in cap. cum causam. numero 3. extra de officio delegat. & Matth. Afflit. in decision. 218. petita fuit, in fin. Id quod pariter & verum esse arbitratur, si ei pro parte, non autem in totum fuerit satisfactum: nam eodem modo adiudicatio seu in solutum datio in totum nulla erit, & non subsistet. l. si non sortem. §. si centum ff. de condic. indeb. vbi Bartol. & alij scribentes, & in specie valde simili tradit Socin. in consilio

consilio 18. sequendo ordinem, colum. 4. circa medium. volu. 1. & voluit Ruin. in cons. centesimo quinquagesimo secundo. num. 5. vol. 4.

Omittendum etiam hoc loco non est illud, de quo quotidie dubitari potest, † An si fortasse creditor à tempore tenet & vñq; ad tempus adjudicationis seu dationis in solutum fructus nonnullos acceperit, qui poterant cum debito suo seu cum lucro quinque pro centenario à statuto concessos, si creditor ipse tacuerit & pro toto eius credito ultra fructus illos perceptos, in solutum acceperit: dicatur plus petuisse, ita vt ob plus debito petitio nem adjudicatio seu in solutum datio nulla reddatur. Et in hac dubitatione concludunt, nullam non reddi sed subsistere, & ratio est, quia debitor de ea compensatione ante sententiam secundi decreti opponere debebat: Vnde cum non opposuerit, sibi imputare debet: nam ea de causa secundum decretum non irritatur, sed fructus ab eo petere debet, qui indebit percepit, si sibi indebit percepit videntur, vt inquit Bald. in leg. si constat, numero 4. C. de compensat. & Aret. in d.l. iuste posidet, in 2. colum. in princip. versic. sed tunc queritur de alio exemplo, ff. de acquirend. possess. & ibi Socin. in 1. colum. numero, 10. versic. quarta conclusio.

C A P. L X V I I I .

A R G U M E N T U M .

Datio in solutum nulla an pos sit ratificari.

S Y M M A R I A .

1. Datio in solutum statutorum forma non seruata, non subsistit.
2. Ratificatio, an confirmet dationem in solutum nullam vel adjudicationem.
3. Datio in solutum nulla, an pos sit ratificari.
4. Sententia in vim quod non valet vt pactum.
5. Posterior factum tacite conditioni submissum videtur.
6. Possessionem continet voluntas domini accedens possessori.
7. Ratificare potest quis in suum præiudicium etiam illud, quod suo nomine gestum non est, sed super re sua contractum, ad hoc vt exceptione repellatur.
8. Liberatio inducitur estimatione fructuum.
9. Ratificatio requirit scientiam iuris & facti, alias non valet.
10. Compensatio similis est solutioni.
11. Compensatio non fit, nisi ab homine opponatur.
12. Mulier errans in iuri solemnitate lucratur fructus, non autem veniunt compensatione.
13. Dos post moram sterilis esse non debet.
14. Datio in solutum quæ subsistit actionem de dote non extinguitt.
15. Ratificatione non potest quis consequi liberationem & rei repetitionem,
16. Data res in solutum vendicari potest salua dota substantia,
17. Hæredes secundi mariti si restituant vxori estimationem, ei satisfactum videtur tam de prima, dote, quam de secunda vñica tantum solutione.

18. Excipiendi ius, quando derur alicui ex persona alicuius cui non competit.
19. Carta in eadem vel alia, quid describatur de iure communi, nulla est differentia.
20. Statutum si procedat ulterius annullando, non vales quod agitur.
21. Ratificatio non valet, quando mulier non consentit suæ ratificationi.
22. Instrumentum dotis debet remanere penes ipsam uxorem.
23. Instrumentum crediti apud creditorem esse debet.

Quadragesimo secundo loco omittenda non videtur illa valde pulchra & quotidiana dubitatio, de qua loquitur Bald. in consilio 322. numero 1. cum sequen. volum. 2. species autem est huiusmodi: Vidua quædam dotis suæ restitutionem petiit ab hæredibus primi viri, & pro eius restitutione bona quædam à Iudice in solutum accepit: Verum, quia forma † statuti illius loci seruata non fuit, ea in solutum datio seu adjudicatio non valuit, sed extitit ipso iure nulla. His in facto ita subsequitis, illa mulier transiit ad secundas nuptias, & eadem bona quæ à iudice pro restitutione suæ dotis primo viro data accepit, in dotem secundo viro dedit ea conditione & pacto, vt si forte dos iterum restituenda esset, bona ipsa vel eorum estimationem pro suo libito & voluntate eligere posset. Hæredes primi † viri huiusmodi dotis dationem secundo viro factam quatenus liberationem à prima dotis actione consequerentur, ratificarunt: accidit tamen, vt hæc ratificatio eo tempore facta fuerit, quo fructus de ipsis bonis in solutum datis percepiti ad summam totius dotis æstimatione ascenderant & dotem illam extinguebant. His ita in facto subsequitis, hæredes primi viri prædicta bona in solutum à iudice data vendicare contendunt, eorum ratificatione non obstante: Quæritur, quid iuris? Sed quia plura in facto acciderunt, de pluribus etiam dubitatur, & quæritur. Et primo loco, an ipsa in solutum datio seu adjudicatio ratificari potuerit? Et inquit ibidem Bald. † primo ingressu, vt ratificari potuerit dicendum videri, vt notatur in l. 2. Cod. commun. vtriusque iudic. Ratio autem videtur, quia id quod vt † sententia non valet, in vim pacti sustinetur: † Ex quo enim factum posterior est, tacite conditioni submissum videtur. l. quædam mulier. ff. de rei vendicat. & l. prædia. ff. de acquirend. possess. Voluntas † namque domini possessori accedens pro traditione habetur. l. 2. Cod. de acquirend. possess. Accedat etiam, quod quis in suum præiudicium etiam illud quod suo nomine † gestum non est, at super re sua contractum, vt exceptione repellatur ratificare potest. l. si fundus. paragrapho 1. ff. de pignor. Nec obstat videtur text. in l. mater. C. de rei vendic. quoni am in materia agendi, non excipiendi loquitur. Pro alia vero opinione inquit ibidem Bal. satis concludenter facere, & vrgere videri, quod prædicta ratificatio sub ea conditione, si sequatur liberatio, facta fuit: At liberatio † ante inspecta fructuum æstimatione inducta erat. l. Titia. ff. de solut. Ergo sub falsa conditione facta fuit. Accedat etiam quod per iuris errorē facta videtur: nam ille qui ratificauit, ignorabat fructuum compensatione debitum suū de-

inde extinguere non posse, prout instrumenti verba dicunt, & inde liberationem consequi: & 9 præfertim quia illud in ratificatione + præcipuum est, & adnotandum quod iuris & facti scientiam requirat alioquin non subsistat, ut notatur in dicta l. mater. Cod. de rei vendicat. Ratio autem est in leg. in totum omnia ff. de reg. iur. Quatenus ergo fructus dotem & dotis non soluta interesset minuant, pro ea portione debitum vel in totum sublatum est: Et ideo subdit ibidem Bald. de primo ad ultimum concludendo, conditionem ratificationis deficere, & ex consequenti ipsam ratificationem.

10 Plane + compensatio solutioni similis est. l. Iulianus. ff. de condit. & demonstrat. licet autem compensatio nisi opponatur, fieri non dicatur: hæc tamen exceptio perpetua est. §. in bona fidei, Institut. de action. Hac igitur erroris ratione dictani ratificationem non valere dici potest, præterea quod errans consensisse non dicitur, nisi in ea liberatione, quæ ab ipsa ratificatione emanaret: non autem in ea, quæ extrinsecus ex compensatione: Ob hæc triusque partis fundamenta questionem esse valde abiam subdit ibidem Bald. & præfer-

12 tim, quia mulier + errans in solennitate iuris, fructus luctatur, & ideo in compensationem non veniunt, ut notatur in lege sed si lege. paragrapho scire. ff. de petit. hereditat. Comprobatur, quia fructus prædictos ipsa non percepit, sed eius secundus vir pro oneribus matrimonii. Accedat quod dos post moram, ut inquit Bald. ibidem. non 13 debet + esse sterilis, & ideo nisi offeratur debitum primæ dotis possessori, hoc est secundo viro, qui habet causam ab uxore bona prædicta repeti non poslunt. l. si rem. §. final. ff. de pignor. action. & l. ex sextante. §. Latinus. ff. de exception. rei iudicat. Præterea subdit Bald. circumscripta omni ratificatione, immo quod est valde plus, posito ut ipse qui dicitur ratificasse, non esset in rerum natura: illud tamen 14 certum est, dationem + in solutum, quæ non subsistit, dotis actionem non extinguere. l. qui res. in princip. ff. de solution. Præterea & illud quoque certum est, ex eadem ratificatione + quempiam liberationem & rei exceptionem consequi non posse. l. qui hominem. §. final. ff. de solution. & l. cum his. in 16 princip. ff. de condit. indebit. Et ideo concludit, + bona prædicta in solutum data dotis salua substantia vendicari posse. Nec minus etiam certum est, 17 quod si haeredes + secundi mariti uxori estimacionem restituant, satisfactum ei videatur, non solum de prima dote, sed etiam de secunda, vñica tantum solutione. l. rescriptum. §. 1. ff. de distinction. pignor. Et ideo haeredes secundi viri tanquam emptores succedunt in locum mulieris. l. si inter virum. Cod. de 18 iure dot. Imo & id notandum est, + ius excipiendi de pignore eis ex mulieris persona datur, et si mulieri agenti non daretur, cui satisfactum esset. l. fin. in princip. Cod. de iure dot. & l. Modestinus. ff. de solution. & l. etiam. ff. de iure curand. & l. in venditione. ff. de action. empion. Quo vero ad secundam dubitationem dationis in solutum, dicit non subsistere, quia statutum illud pro forma induxit, ut in instrumento dotis quid & quantum in solutum datum esset, 19 describeretur: + Nam licet de iure communis differentia non sit, an in eadem carta vel alia id fiat, ut notatur in simili, in leg. publicati. Cod. de testibus. Attamen quia statutum + yterius annullando proce-

dit, merito illud quod agitur, non valet. l. non dubium. C. de legib. Tacita autem statuti ratio in eo consistere potissimum videtur, ut dñm s̄p̄ius repetendarum fraudes evitentur. l. ne casu. C. de discuss. lib. 19. Præterea, + dum obiicitur ratificationem 21 non valere, Bald. ibidem contrarium verius arbitratur, propterea quod mulier sua ratificationi non consenserit, & ideo res inter alios acta prædicare non debet ipsi mulieri l. si r̄nus. §. ante omnia. ff. de pact. Querit etiam ibidem Bald. an instrumentum + dotis apud ipsam mulierem esse debeat? & respondet remanere debere: quia cum ipsa in solutum datio vel adiudicatio non substiterit, dotis obligatio in suo iure remansit, videlicet quod ipso iure sublata sit, vel ope exceptionis. d. l. qui res. imprin. ff. de solution. Et ideo mirum non est, si apud creditem 23 + instrumentum crediti esse debet, ut notatur in l. prator. in princ. ff. de eden.

C A P. LXIX.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum an possit evitari, si creditor seipsum offerat ut emptorem, aut velit aliis emptoribus præferri.

S V M M A R I A.

- 1 Creditor non solum potest se offerre in emptorem bonorum debitoris, sed in pari causa alii oblatoribus tanquam creditor preferendus est.
- 2 Creditor qui se obtulit in emptorem, an mutata voluntate contra fideiussorem agere posset: & quid si non sit creditor, sed alius extraneus, qui se offerat.
- 3 Creditor in executiis potest uno remedio relicto ad aliud transire quoque illi satisfiat.

Quadragesimotertio, quoniam de venditione bonorum debitoris, que fit à Iudice tractamus merito de alia dubitatione satis frequenti nonnulla dicenda sunt: Ex quo igitur in iure satis expeditum est, + creditorem non solum in emptorem bonorum debitoris offerre posse, sed in pari causa aliorum oblatorum uti creditor & qui maius interesse in ea habeat præferendum esse, ut inquit Ias. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. in fin. ff. de re iudic. per tex. in d. l. 2. C. si in cau. iudi. pign. capt. fit. Merito dubitari contingit de huiusmodi questione, quidam creditor bona debitoris sui in solutum petiit, & accidit deinde, ut ipse se in emptorem obtulerit quodā pretio cum suo credito compensando: cumque nullus alius oblator esset, qui plus offerret, iudex bona ei vēdenda pretio ab eo oblatio tanquam plus offerenti pronunciauit. Verum prædictus + creditor 2 mutata deinde opinione, quia forte bona prædicta quavis de causa minoris pretii effecta erant, instrumentum dictæ venditionis à iudice habere non procurauit: sed ab ea via recedendo contra fideiussorem agere cœpit, ut creditum suum consequeretur. Vnde stantibus prædictis, an id ei liceret dubitatum fuit? & licere dicendum videtur, ut scilicet quoque bona consequutus non fuerit, sit que

Qui in eum translatum dominum, eam viam eligere possit, quæ magis placuerit, cum res integra videatur, quo usque ad instrumentum venditionis deuentum non sit. Verum predictis non obstantibus, contraria sententia obtinuit, ut tradit Guido Papæ, qui subtiliter arguit pro vtraque parte, & tandem inquit ita fuisse determinatum in illo collegio Delfinatus, *quæst. 348. nobilis Petrus.* Et licet ipse Guido id non exprimat: id tamen ideo esse videtur, quod ipsa compensatione solutio breui manu facta videatur, & ex consequenti satisfactum ipsi creditori. Vel fortasse etiam quod fauore liberationis ipsius fideiussoris, de cuius periculo agebatur, introductum sit, & ideo limitat predictam conclusionem in alio extraneo non creditore, qui se in emptorem obtulisset, propter ea quod tuuc non videtur ita ipsi oblatori ius quæsumum, quin à creditore instantia renunciando, vel quærendo aliter sibi satisficeri, tolli possit. Est namque tristissima & vulgaris regula, † in executiis creditorei posse uno relicto remedio ad aliud quo usque sibi satisfiat, conuolare. *l. consentaneum, rbi Bartol. Cod. quomodo & quando iud.* Et id maxime procedere videtur, cum bona debitoris in solutum dari debent, vel vendi emptore reperto, si creditor voluerit. Id tamen cogitandum est, quia dubitatione non caret, & praesertim si sequatur iudicis sententia, quæ mandet bona eidem tanquam plus offerenti vendenda, & transitum fecerit in rem iudicatam.

C A P. LXX.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum si fieri debeat inter plures creditores pretium offerentes, an possit omitti, & subhastatio institui.

S V M M A R I A S

- 1 Oblatores si plures sint diuersorum pretiorum, licet iudex teneatur dare plus offerenti, an ad instantiam debitoris vel curatoris hereditatis iacentis possit ad venditionem extraiudiciale transire, & alia.
- 2 Offerens ad emendum compelli potest.
- 3 Subhastationem seu litationem iudex ex iusta causa non sequi potest.
- 4 Iudicis electio est, bona in solutum creditor iare, vel vendere.
- 5 Vendit non debent bona oblatori, nisi offerat iustum pretium.
- 6 Oblatori ius non queritur, nisi iustum pretium offerat.

Quadragesimoquarto, pendet præterea alia controuersia à predictis, quæ quotidie in facto accidere potest, utputa si petitionis in solutum iudicio ab aliquo dotis maternæ causa vel alterius cuiuslibet sui crediti, & in ea plures oblatores † extiterunt diuersorum pretiorum: Eo enim casu licet iudex plus offerenti dare teneatur, dubita-

tum tamen olim apud maiores nostros satis fuit, an ad instantiam debitoris vel ipsius hereditatis iacentis curatoris, inspecto huiusmodi emprorum concursu, quo stante sperat ipsotum bonorum pretium augeri posse huiusmodi iudicio in solutum petitionis omisso, possit ad venditionem extraiudiciale ipsorum bonorum premissis bannis publicisque subhastationibus transire: seu curare, vt ipse creditor ipsi instantia in præjudicium illius plus offerentis, cui iam vi ipsius obligationis ius quæsumum est, renunciet? In hac quæstione licet primo ingressu, vt non possit, dicendum teneatur: quia huiusmodi ab ipso oblato sine eius consensu auferri non possit. *l. id quod nostrum est ff. de regul. iur. & præsertim † cum vi ipsius suæ obligationis ad emendum compelli possit, vt inquit Bartol. in l. si tempora, Cod. de fide instrument. & iure hafte fiscal. lib. 10. & tradit Decius in consilio 558. numero 1. & 2. afferens hanc esse magis communiorum: pariter etiam videtur, vt ipse sua obligatione defraudari non possit, nec debeat, nisi ab eo, qui plus offerit, cum tunc res integra non dicatur, & bona iam venalia exposta sint. Verum quicquid pro prædicta conclusione dictum sit, contrarium ex eo suaderi videtur, quod de iure communii iudex † iusta de causa litationem & obligationem non sequi potest. l. litation. ff. de public. & l. si pignori ff. famil. erit. & tradunt Doctores in lege à Diuo Pio paragrapho, si pignora ff. de re iudic. Nam in bonis debitoris primum decretum præcedere necesse non est. Ad illud autem, quod supra pro alia opinione deducitum fuit, quod oblatori ius quæsumum fuerit, respondetur, id verum esse, sed reuocabiliter, non autem simpliciter, hoc est, ei quæsumum est ius, quatenus ad venditionem procedatur. Nam si post illam obligationem debitor creditori fortasse satisfaciat, omnia resoluti, dubium non est. Solutio enim principalis debitoris non solum in prima instantia, sed in ipsa quoque appellatione causa sublata intelligitur. §. si iuncta gloss. Institut. de perpet. & tempor. action. & las. in lege properandum, §. & si quidem, Cod. de indic. & tradit late Angel. Aretin. in dicto paragrapho final. Et ideo eodem modo sententiam mutare in arbitrio & voluntate iudicis esse dicendum videtur, possitque iudex † eligere, an bona in solutum creditor iare, vel vendat. & præsertim ubi extaret statutum aliquod alternatiue loquens, & verba in iudicem dirigens. Hæc secunda sententia verior & æquior videtur: nam de iure communii bona † oblatori vendenda non sunt, nisi iusto oblati pretio, vt dicunt Doctores in dicta lege à Diuo Pio. §. si pignora, post glossam primam ibi, & Bald. in l. 2. C. si in cau. iudic. & Saly. in l. 1. eodem tit. dum summat illum titulum, & tradit Matth. Afflict. in decis. 358. num. 1. versic. quarta ratio. Et ideo oblatori ius, nisi iustum pretium offeratur, non quæri dicendum est. Non videtur etiam stante hac conclusione, obstare illud, quod pro alia opinione deducitum fuit, quod scilicet, quemadmodum oblato ad emendum compelli potest: pretiumque soluendum & depromendum, ita quoque econtra beat illi omnino res vendi: Nam ad hoc responderi potest, ei ius nullum quæsumum esse, nisi creditoris voluntate, quod scilicet velit, permanente: huiusmodi enim voluntatem à principio in ipsa libelli obligatione interuenire satis non*

est, sed eandem usque ad tempus satisfactionis perseverare oportet. Id tamen falsa practica, quæ in contrarium vigeret, intelligendum est, quæ forte quo ad vendenda bona oblatori instantे credito re aliter sese habet. Quod autem creditor in eadem voluntate non facta, estimatione vel deinde facta obseruandum non videtur. De hoc tamen, cum ab aliis non attingatur, cogitandum est.

C A P . L X X I .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Oblatores dico vel plures si sunt. an debeat in eorum oblatione citare, non solum debitorem, seu eius hereditatem iacentem, sed alias quoque oblatores.

Quadragesimo quinto, procedendo præterea quod ultra ora, t̄ quarti etiam potest, si duo vel plures oblatores sint: an in sua oblatione non solum debitorem, seu eius hereditatem iacentem: verum & alias quoque oblatores citare teneantur? Hac de re licet variae fuerint opiniones, ea tamen distinctio satis æqua visa est: Aut enim se offerunt in termino à statutis locorum assignato: & tunc caliorum oblatorum citatio necessaria non est, cum omnes eodem tempore vocentur & inuitentur, & ad offerendum eum ea protestatione admittantur, quod plus offerto dabuntur, eo n. tēpore omnes vigilare debent: At si eo tempore nullus oblator compareat, sed deinde quo etiam tempore admittuntur, & ille præfertur, qui plus obtulerit, & sic creditor etiam debitoris, & tunc alii subsequentes oblatores, utputa secundus vel tertius & alii omnes præcedentem vel præcedentes oblatores citare teneantur, cum eis per suas oblationes ius quæsuum videatur: & ideo aliorum oblations eis absque eorum scientia præjudicare non debent, cum de eorum interesse agatur, & præsertim quia ipse forte maius aliorum pretium obtulisset, seu causam aliquam deduxisset, qua iudex ad ei concedendum bona debitoris moueri potuisset, ut puta quia præcedens, vel præcedentes oblatores soluendo non essent.

C A P . L X X I I .

A R G V M E N T V M .

Gabellæ in contractu ubi non fit mentio, offerens tenetur ad dimidiam & venditor ad aliam dimidiā.

S V M M A R I A

- 1 Gabella si oblato mentionem non facit, ad gabellam dimidium tenetur.
- 2 Gabellam soluere tenetur emptor de iure communi.

Quadragesimo sexto, de oblatoribus & oblatiōnibus supra plura diximus, illud hic recensēamus, t̄ quod gabellæ, de qua supra locuti sumus, conuenire videbatur, videlicet quod quando quis simpliciter se in emptorem offert pro certo

pretio nulla gabellæ facta mentione, vt ad solutionem dimidii gabellæ teneatur, intelligendum es- se: & sic ita facta oblatio, vt debitor seu bona debitoris ad dimidium gabellæ tantum teneantur, creditor vero seu oblato ad aliud dimidium, quod in expensis creditoris computatur: nam gabellæ cum mentio non fit, vt quilibet ad eius dimidium te- neatur ita statuto gabellæ disponēte: alioquin t̄ de iure communi videtur ad emptorem pertinere, & acquirentem, non autem ad vendentem, vt inquit Gozad. in consilio sexagesimo quinto. numero secundo. Nam ex quo commodum sentit, onus quoque subire debet, vt est text. in leg. debet. ff. de adilit. editio. & ita procedat illud, quod dicit Bal. in l. 3. C. de adilit. editio. & Salycet. in Rubric. Cod. de rebus cred. & tradit iterum Bald. in leg. si pradium, column. 3. Cod. de adilit. action. & refert Socin. senior. in consilio ducentesimo quadragesimo septimo. numero secundo & tertio. volumine secundo, & habetur expresse in questione 451. Cappell. Tholosa. & late habetur ibidem in additione incipiente, ita voluit Bald. & tradit Afflict. in capit. regalia, numero sexagesimo secundo. in titulo qua sint regal. per Imperatorem Federic.

C A P . L X X I I I .

A R G V M E N T V M .

Datio in solutum facta, & æsti- matione dudum præmissa, Restitu- tio minoris impediri per hoc non potest.

S V M M A R I A

- 1 Estimatione non obstante potest minor restitu- nem in integrum petere.
- 2 Aestimatio rei pretium non infert.
- 3 Aestimatio potest à iudice reuocari, si constet de errore.
- 4 Computatio rationum à iudice reuocatur, si impre- befacta sit.
- 5 Restitutio regulariter datur minoribus lessis.
- 6 Statuti de cogendo debitorem ad soluendum decla- ratio.
- 7 Satutum non debet ita interpretari, vt addat iuri communi, ad hoc vt quis indebito damnum pa- tiatur.
- 8 Subhaſtatio impedire non debet, quin minores lessi in integrum restituantur, cum non probet veram extimationem & valorem rei.

Quadragesimo septimo, quoniam ex prædictis vidimus estimationem in ipsa adjudicatione vel in solutum datione præcedere debere, t̄ eam tamen in integrum restitucionem non impedi adnotandum est. Et ratio t̄ est, quia verum rei pre- tium & estimationem non infert, nec ponit: Unde concludendū est, huiusmodi estimatione non obstante, de qua infra latius dicetur, minores aduersus eā in integrū restitucionē petere non impedi, propterea q̄ talis estimatione vt bona vēdan- tur sit, & de pretio satisfiat creditoribus: sed ea tan- tū de causa, vt talia bona creditorib. adiudicetur in solutum dentur: nam vt diximus, talis extimatio rei pretium & extimationem non inducit, & ideo vt tanti

De Executionibus, Tractatus §.4. 239

vt tanti valeat, eiusque pretii & aestimationis sit, præsumptionem iuris & de iure non facit. Immo si error vel iniquitas probetur, † à iudice renocari potest, vt inquit Bart. quem alii sequuntur, in l. arbitrio ff. quis satis d. cogan. dum vult superiorem adiri posse, vt illud corrigat, quo ab ipsis aestimatoribus improbe & dolose factum est. Vnde in his terminis dixit ibi Alber. de Rosate, eam legem in illis bonis iuris locum habere, qui ad res debitorum extimandas eliguntur, quæ creditorib. in solutum dari debent: Nam vt ipse inquit, si minus iuste aestimauerint, Index ex suo officio inquirere & corrigere potest. Comprobat hanc declarationem illud, quod dixit Bart. in l.1. & 2. Cod. de iure fisci, lib. 10.

4 vbi habetur, rationum † computationem iudicem reuocare, si improbe & dolose facta sit. Si igitur maioribus in rerum suarum aestimatione lœsis officio iudicis succurritur: certe multo magis minoribus subueniendum est, cum eorum causa fauorabilis sit. l.1. ff. de minor. cum vulgar.

Accedat etiam prædictis pro eiusdem conclusionis confirmatione, regulam † esse affirmatiuam & vniuersalem, minoribus lœsis restitutionem dādam esse. l.1. in princip. & §. primo. & l. ait prætor, per totum illum text. ff. de minor. Nisi igitur ostendatur lex expresse disponens in tali casu, restitutionem concedendam non esse, quare concedi non debet, iure dici posse non videtur: cum de minori ætate ac lœfione constat. Nec obstaret, si fortasse in loco vbi causa ageretur, extaret statutum † disponens vt adiudicatio seu venditio, iuxta formam in eo contentam valeret, nec posset ille, cui bona es- sent adiudicata vel venditio facta conueniri. Propterea quod id verum est & procedit via ordinaria: non autem beneficio restitutionis in integrum. l. cum minor. ff. rem ratam haberi. & tradit Barto. in lege prima, paragrapho si quis autem ff. de itiner. actuque priua. vbi restitutio non denegatur, licet via ordinaria 7 denegetur. Non est etiam omissendum, † statutum non esse ita interpretandum, vt addat iuri communi, ad hoc vt quis indebita damnum patiatur. l. si serui vestri. Cod. de noxal. action. & capit. cum dilectus, extra de consuet. & tradit gloss. quam sequitur Bart. & alij in leg. fin. paragraphe in amputatione. Cod. de iure liber. Sed si intelligatur præcedens conclusio, vt aduersus talem adiudicationem vel venditionem restitutio peti non possit, vtique emptor in solutum recipiens cum maxima minorum iactura lucraretur, cum haberet eorum bona viliori pretio, & valde minori extimatione, quæ esent.

8 † Ergo? Minus etiā debet obesse subhastatio, nec huiusmodi restitutionem tollere potest, cum verā bonorum aestimationem & premium non prober, vt inquit Angel. in l. si quos, numero 2. Cod. derecind. vendit.

C A P : LXXIV:

A R G U M E N T U M .

Datio in solutum vel adiudicatio an possit fieri chirographario aut hypothecario.

S V M M A R I A.

- 1 Ius in bonis habere dicitur non solum creditor hypothecarius, sed etiam chirographarius, & qui personalem tantum actionem habet.
- 2 Ius in re, an dicatur ille tantum habere, qui habet bona hypothecata.
- 3 Creditor chirographarius habet ius à lege, quæ trahit quibuscumque creditoribus, vt ad consequendum suum creditum habeant solutionem & satisfactionem in bonis debitoris.
- 4 Creditor chirographarius comprehenditur sub illagenitalitate, quicunque habuerit ius in bonis.
- 5 Creditor chirographarius consecutus, vt dicunt, seu occasionaliter ius pignoris saltem prætorii consequi potest.
- 6 Debitor si latitet, creditor potest consequi pignus prætorium in bonis sui debitoris.
- 7 Lex generaliter & indefinite loquens, generaliter intelligi debet.

Quodragesimo octavo contingit præterea hoc loco dubitare, an datio in solutum, seu adiudicatio † stantibus præmissis, procedant non solum in creditore hypothecario: sed etiam in chirographario, & eo qui obligationem personalem tantum habet, & præsertim vbi lex vel statutum diceret, & quicunque præter debitorem in bonis ius habens infra annum veniat ad prosequitionem iuris sui audiatur. Præterea quod licet dubium non leue inde oriri videatur, † quod ille ius in 2 bonis debitoris habere dicatur, qui bona habet hypothecata, iuxta illud quod in simili notat Bart. in leg. codicillo paragrapho institutos ff. de leg. 2. Et ideo ille non comprehendatur, qui pignus, seu hypothecam non habet. & licet fortasse aliqua lege vel statuto dicatur, eum qui habet ius in bonis, audiendum esse, ob id tamen non videri dispositionem ad illos tantum creditores referendam esse, qui hypothecam habent ex infra scriptis. Et primo, quia licet vbi cunque aliquis pro meo credito ius in bonis meis concedit, bona habeam hypothecata, ob id tamen non sit, vt alter chirographarius creditor ius in eisdem bonis debitoris non habeat: nam ab homine licet ius, vnde oritur hypotheca non habeat, à lege tamen habet, quæ † facultatem tribuit 3 creditoribus quibuscumque, vt ad consequendum creditum suum, in bonis debitoris solutionem & satisfactionem habeant. dict. l. à Diuino Pio. §. in venditione, cum concordantibus ff. de re iudicat. Et ideo vbi cunque lex vel statutum municipale de habente ius ab homine non exprimit, id est à debitore, sed simpliciter & indefinite loquitur de quocunque habente ius in bonis, † chirographarium quoque 4 creditorem amplectitur, † & ex consequenti consecutus seu vt dicunt, occasionaliter, ius pignoris saltem prætorii consequatur, † cum post statutum 6 vel legem prædictam sub credito etiam personali latitat in bonis sui debitoris. l. 2. Cod. de prætor. pigno. † Lex enim generaliter & indefinite loquens, generaliter & indefinite intelligenda est. cap. si Res manorum, 19. distinction. & notatur in lege 7 si pluribus ff. de leg. gat. 2.

C A P .

C A P. LXXV.

A R G U M E N T U M.

Petitio vel adiudicatio creditoris
fit ut extraneo hoc est pro mensura debiti.

S V M M A R I A.

- 1 Adiudicatio seu in solutum datus, cum sit creditoribus à iudice, nullo reperto emptore, ut creditor iusto pretio emat, curare debet.
- 2 Debitum totum si non extinguitur datione in solutum, remanet ius creditoris ad reliquum consequendum.

Q Vadragesimono, illud etiam omitendum non est, vbiunque nullo reperto emptore, bona vel res à iudice creditori adiudicanda, tamen in solutum danda sunt, eum ut ipsi iusto pretio adiudicentur, vel in solutum dentur, procurare debere, non secus ac si alias extraneus, hoc est non creditor esset: & tunc si quid ultra debitum supererit, debitori restituendum est: si vero econtra tamen pretium ad extingendum debitum non sufficiat, sed aliqua adhuc ex parte supersit, ius creditori saluum remanere debet ad illud consequendum. l. 2. & fin. C. si in cau. iudic. & tradit Petrus Rebuffus in tracta de liter. obligat. articul. 12. gl. vnica, numero 9. cum aliis sequentibus.

C A P. LXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditor si offerat aliquid, & deinde onus reale, ut puta hypotheca detegatur, ari posse creditor, vel alias oblator oblationi renunciare.

QVINQUAGESIMO, queri etiam potest, si creditor in subhastatione vel licitatione aliquid obtulerit, & deinde onus aliquod reale detegatur, ut puta hypotheca aliqua: an antequam decretum proferatur, possit ipse creditor suæ oblationi renunciare? Et eum posse dicendum est, & præsentim vbi statuto aliquo vel lege municipalí caueretur, ut captis bonis mobilibus pro executione iudex parti, cuius bona capta sunt, assignare teneretur, ut bona ipsa vendi videret, & plus offerenti concedi: quibus ita præcedentibus premium deinde creditori præstata prius cautione tradi solet. l. 1. § fin. C. de iure domin. impetr. & l. penult. C. si aduers. pign. agat. & l. 1. C. si in cau. iudic. deductis tamen prius impensis licitationis seu subhastationis causa factis, vt eiusdem in locis satis copiose tractatur: vel, ut subdit ibidem Rebuffus, poterit amicus aliquis ipsius creditoris pecuniam aliquam pro illis bonis promittere, cum onere soluendi rei tantummodo censem, non alia autem onera subdendo, quæ tamen si detegantur, subdat ille amicus velle premium oblatum pro non oblato haberet, & sibi nulla ex parte obesse posse, & ita præxim obseruare eorum, qui sibi prouideri contendunt.

C A P. LXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditor bona in solutum accipiens, pro qua summa accipiat declarare debet.

QVINQUAGESIMO primo, quoniam autem tamen iudex non reperto emptore, solet pronunciarre, bona vel res creditori in solutum dandas esse: merito creditor diligenter quomodo accipiat, pro integro debito accepisse intelligitur: & ideo cautius agendo pro qua summa accipiat, declarare debet, ut pro eo quid superest, ius ei illasum & saluum remaneat. l. si ex maiore. C. de excep. & l. fin. in fin. C. de iure domin. impetr. & tradit Cynus in l. ordo. C. de except rei iudic. & Bart. in d. l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. dere indic.

C A P. LXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditor bona adiudicari debent iuxta extimationem peritorum, que præcedere debet.

PRædictam tamen adiudicationem, ut inquit Rebuffus in d. tract. de liter. oblig. 12. gloss. vnica, num 11. debet iudex creditori facere, iuxta peritorum extimationem, & probos viros, ut extex. in d. l. 1. C. si in cau. iudic. Et id iudex, quando emptor vel saltem iustus non erperitur, decernere debet. l. 2. & ibi Bal. C. eodem tit. & ita inquit fuisse iudicatum Neapoli. Afficit. in decis. 358. in causa patet.

C A P. LXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditor potest bona in solutum accepta possidere, & fructus ex eis percipere, donec ei integre satisfiat, fructus tamen cum debito compensat.

QVINQUAGESIMO secundo, creditor tamen bona sibi adiudicata vel in solutum data possidere potest, & fructus percipere, donec ei integre satisfactum sit: Fructus tamen ipsos non lucratur, sed cum debito compensat. l. 1. in fine. ff. de pigno. & l. 1. C. de distractio. pigno. Singulo quoque anno, ut fructus accepti deductis expensis astimentur procurando, ut deinde manifeste appareat, quid dederit, quidve receperit.

C A P. LXXX.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum & adiudicatio
vt emptio transferunt dominium.

S V M M A R I A.

- 1 Adiudicatio, seu in solutum datus trans fert dominium, ut venditio.
- 2 Adiudicatio in solutum à iudice facta, emptionis natum sortitur.

De Executionibus, Tractatus. §. 4. 241

- 3 Pignus cum distrahitur pro executione rei iudicata dominium transfertur.
 - 4 Citandi qui sunt & quomodo.
 - 5 Citandi in specie, qui sunt.
- Q**VINQUAGESIMO TERTIO, adiudicatio seu in solutum datio † vii ipsa venditio dominium transfert, vt inquit Lucas Corsinus in quodam suo consilio manuscripto. dum voluit bona à quadam muliere pro sua dote solutum accepta, citatis tam in genere, quam in specie citandis, cum ipso dominio in eum cui dantur transire: cum in solutum † adiudicatio, vt s̄pē supra dictum est, à iudice facta emptionis naturam fortificatur. l. si pupillorum. §. si pretor ff. de reb. eorum. & l. eius. ff. pro empt. & l. fin. ff. ex quib. cauf. in possess. eat. & tradit Bart. in l. i. §. cum praeium ff. de pigno. & Specul. in tit. de empt. & vendit. §. i. versic. sed posse. & volunt omnes in l. libera. C. de senten. Et idē quoque, vbi statuta de hoc disponentia extant, dicendum est, si eorum forma obseruetur: prout etiam de iure est, cum distrahitur † pignus pro executio- ne rei iudicata. l. à Diuo Pio. §. i. & §. exequantur, cum sequentib. Conclusio itaque inde sumitur, vt ille cui dantur bona in solutum, vel venduntur, efficiatur dominus dictorum bonorum quo ad ipsos in iudi- cicio comprehensos, & irreuocabiliter. Quod si ita est, nulli dubium fieri debet, quin tam directum quam utile transferatur. Nec etiam obstat quod adiudicatio saluo iure alterius posterioris obligatiōnis facta intelligatur d. l. à Diuo Pio. §. & post addi- tum, & tradit Bal. in consil. 282..... Quia responde- tur, prædicta procedere de iure communi. vt appa- reat cuius iudicis cognitio sit, quando fortasse res pro executione rei iudicatae iusto pretio non fuisse obiicitur, vel non fuisse debitoris, cuius pro debito venderetur, & ex consequenti incidenter: Quandoquidem tunc fatetur post venditionem eum molestia affici, cui fuit adiudicata, vel in solutum data, vel eum qui in emptorem se obtrulit: de tempore autem, intra quod recurre possit, iura pre- dicta non disponunt: & ideo multis in locis statuta id prouidētia existunt, & aliter quam ius commu- ne disponunt: statuuntque quomodo & quibus, & infra quātum tempus ius tertii salvare esse debeat. & licet dici soleat, sententias nō citatis obesse non debere. l. de unoquoque, & l. s̄pē ff. de re iudic. Animad- uertendum tamen est, quandōque etiam non cita- tis † nocere, vt puta cum quis tempore morti iudi- cii hæreditatem seu legatum ususfructus non ac- ceperit, nec possideat, tūc enim certus aduersarius dici non potest, & talis qui in specie † citari debue- rit, vt notatur in d. l. de unoquoque, & in d. l. s̄pē. Illi namque soli citandi sunt in specie, quorum igno- rantia prætendi non potest, d. l. s̄pē, versic. penult. cum ibi notatis. & in c. tua, extra qui matr. accus. non poss. & in c. dilecti, extra de exceptio. & tradit Bart. in consil. 193. maritus. Legitariorū vero & creditorum ignorantia prætendi potest, & ideo sub citationibus gene- ralibus bannisue comprehenduntur, authen. qui se- mel, & ibi notatur. C. quomodo & quando iud. & ita ser- uat practica in dictis dationibus in solutum.

C A P. LXXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Creditores agentes possunt possessori offerre, & idem est si creditum offeratur.

ILLUD HOC LOCO NOTANDUM EST, † QUOD SI AGENTES sint creditores, possunt possessoribus suum cre- ditum offerre. l. mulier. in fin. C. qui potior. in pigno. ha- bean. Et ideo ubiunque quis est in legitima bono- rum prædicatorum possessione, si iudicis authorita- te creditum suum agentibus offerat, vel si iudicis authoritate depositum, illos ab agendo repellit, cum non habeant nisi tenutam in bonis prædictis pro summa illis debita, cuius solutione omnis tol- litur obligatio. In fin. quib. mod. tollit. obligat in princ. & præsertim quando pronunciatum est citato eo, cui bona adiudicata sunt, vel in solutum data, pe- cuniam pro credito deponendam esse apud ædem sacram, vel in alio loco, vt illi solvatur, quando iura cesserit: nam dicta sententia in re iudicatam transi- uit, & ideo contra eam nemo audiendus est. l. i. ff. de iudic. cum vulgaribus.

C A P. LXXXII.

A R G V M E N T V M.

Dationem in solutum vel adiudi- cationem necessario præcedit æsti- matio, aliter in venditione pro cre- ditoribus facta.

S V M M A R I A.

- 1 Creditoribus, quot modis satisfiat.
- 2 Extimationem præcedere necesse est, quando fit adiu- dicatione in solutum creditoris de bonis debitoris, & alia.
- 3 AEstimatio necessaria non est, cu deuenitur ad ven- ditionem, sed subhastatio.
- 4 Statuta loquentia de estimatione facienda, adiudi- catione tantum, sive in solutum datione respiciunt.
- 5 Venditio facta à creditore vel iudice, non requirit æ- stimationem, sed subhastationem.
- 6 Emptor non cogitur emere iuxta estimationem, sed pretio conuento.
- 7 Statuta à iure communi passiuam interpretationem recipiunt.
- 8 Statuta vbi extant disponentia iudicem ad instan- tiam creditoris bona venditoris vendere, vel in so- lutum creditoris usque in concurrentem quantita- tem precedente estimatione dare debere, singula- singulis referendo, intelligi debent.

QVINQUAGESIMO QUARTO, quoniā altero de duobus modis † satisfieri creditoribus solet, adiudicione scilicet integræ rei, vel partis rei debito- ris: hoc est pro summa debita, vel ex pretio redacto ex venditione rerum debitoris: Redeundo ad pri- mum animaduertendum est, quod quando fit adiudicatio in solutum creditoris bonorum debitoris, vt † æstimatio præcedat necesse est: secus vero si ad venditionem deueniatur: nam tunc æstimatio nec- cessaria nō est, sed subhastatio, seu licitatio. Iterum autem ad primum casum redeudo, certum est ven- ditionem sine villa æstimatione procedere. Quan- do igitur bona creditori non adiudicantur, nec in- solutum dantur, sed solum vendēda esse, & de pre- tio creditoribus satisfaciēdum à iudice disponitur, æstimatione in consideratione esse non debet. Solum igitur in adiudicione, quæ fit pro summa debita & usque in concurrentem quantitatē debiti æsti- matio necessaria est etiam de iure communi. l. fi. C. de iu-

de iure domin. impetr. Nam nisi aestimetur res, quæ in solutum petuntur, adjudicatio usque in concurrentem quantitatem fieri non potest; vel ut rectius loquamur, cognoscere non potest, an in totum, vel pro parte debiti res adiudicentur. Et ideo statuta 4 † loquentia de aestimatione facienda, adjudicationem tantum siue in solutum dationem respiciunt, non venditionem, in qua aestimatio necessaria est. Quemadmodum enim de iure communi bona, 5 † quæ a creditore vel iudice venduntur, aestimatio ne non indigent, sed præcedente subhastatione plus offerenti conceduntur. l. 4. & l. que specialiter, vbi notatur. C. de distractio. pigno. & d. l. fin. C. de iure domin. impetr. & traditur in d. l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. Ita etiam venditio, quæ fit vi statutorum. Ratio autem est, quia emptor † non cogitur emere iuxta aestimationem, sed prout de pretio conuentum est, id quod ex eo quoq; comprobatur, quod 7 statuta † à iure communii passiuam interpretationem recipiunt. l. 2. vbi satis late & copiose tradit Salic. C. de noxal. actio. & d. l. f. §. in computatione, vbi tradit Bal. C. de iure delib. & voluerunt Doct. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide cathol. Vnde cum de iure commun. in venditione, quæ fit a iudice, vel a creditore, aestimatio non requiratur: in adjudicatione vero, vel in solutum datione, quæ in concurrentem usque quantitatem fit, bona quæ adiudicantur, vel in solutum dantur, aestimentur: merito vbi extant statuta † disponentia iudicem ad instantiam creditoris bona debitoris vendere, vel in solutum creditoris usq; in concurrentem quantitatem præcedente aestimatione dare debere: singula singulis referendo; intelligi debent, vt scilicet factis licitationibus plus offerenti vendere teneatur, vel ea aestimata usq; in concurrentem quantitatem creditori adiudicare, vel in solutum dare: Cuiuslibet namq; dispositio- nis verba ita intelligi & interpretari debent, vt verisimile est, eos qui disposuerunt, fuisse interprera- tur, iuxta videlicet eorum naturam. l. insulam. ff. qui potio. in pign. habeant. & l. stipulatus ff. de usur. & notat Bart. in l. patronus. §. Sempronio ff. de leg. 3. Sed secundum naturam venditionis non præcedit aestimatio, sed de natura est adjudicationis, quæ fit usq; in concurrentem quantitatem. Ergo? Accedat etiam pro confirmatione, quod si venditio iuxta aestimationem, & plus ultra illam offerenti fieri debet, vtique qui se in emptorem offeret, non repe- riretur, cum pretium ante aestimationem incer- tum sit.

C A P. LXXXIII.

A R G U M E N T U M.

Subhastatione bonorum indiui- sibilium facta & emptore reperto, quid de pretio faciendum.

S V M M A R I A.

- 1 Subhastatio seu licitatio cum fit bonorum non com- mode diuisibilium, quomodo facienda sit.
- 2 Diuisibilita commode, quando bona esse dicantur.

Quinquagesimo quinto prosequendo ea, quæ supra in præcedenti capitulo diximus, magis specie de ipsa subhastatione & licitatione nonnulla dicenda sunt: Et ideo animaduertendum est, 1 cum subhastantur † bona, quæ commode diuidi

non possunt: vt puta domus debitoris, & creditum seu debitum respectiue, ad eius aestimationem & pretium non ascendit inspecta ipsius domus aestimatione posse oblatorem pretium totius domus offerre, vt ex eo primum creditori pro suo credito satisfiat: residuum vero creditori restituatur, creditore vero accipere recusante deponatur: † cum au- tem bona commode diuidi possunt, nec oblator tota domum habere curat, potest se in ea tantu rata & portione dictæ domus seu bonorum offerre, quam capit ereditum actoris, & expensæ & quinq; pro centenario & dimidium gabellæ, quæ est soluenda, iuxta ordinem & consuetudinem statutorum illius loci, vbi fit talis adjudicatio, vel in solutum datio: & concludendo in ea parte bonorum, quæ esset creditori adiudicanda, si emptor repertus non fuisset.

C A P. LXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Citari quis debeat quando sententia fuit pronuncia- tum bona vendenda oblatori pro pretio oblati si debitor appellauit.

QVINQUAGESIMO sexto quæredum etiam est, † si sententia pronuncietur bona oblatori pro pre- tio ab eo oblatō vendenda esse, & eadem ad bona emenda condemnetur, & creditori pretiu soluen- dum: si debitor ab ea appelleat, existimans fortasse accidere posse se aliquem inuenturum, qui multo plus offerat: an in tali appellacione debeat non so- lum citare creditorem principaliter agentem, sed ipsum quoque oblatorem cuius ius quæsumum fuit, al- las appellatio non substineatur? Et hac in re obla- torem etiam citandum esse, magis communiter re- ceptum est, & alias pro ea sæpe iudicatum. Nec ob- stat, quod si in prima & secunda instantia plures se offerunt, citari non consueverint, cum tamen con- stet de eorum interesse, propterea quod vbi omnes per banum citantur, vt se intra certum & deter- minatum tempus offerant, id necessarium non est: Nam tunc unusquisq; certare debet, in pluris obla- tione: id quod post sententiam fieri non potest.

C A P. LXXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Expensis condemnandus non est secundus creditor, qui compareat in iudicio bonorum in solutum nō ani- mo contradicendi, sed vt eligat estimatorem.

QVINQUAGESIMO septimo, secundus † creditor si compareat in iudicio bonorum in solutu non animo cōtradicendi, sed vt eligat estimatorem, ad hoc vt sibi bona supersint, sibi quoq; satisfiat, in ex- pensis cōdemnandus non est; & ratio est, quia pro- babilem iniudicium cōparendi causam habet, cum ius suum negligere non beat, l. illud ff. de petit. ha- red. & facit tex. in l. à sententia. §. idem q. ff. de appell. Nec id a cloris interest, cum iam perierit sibi bona adiudi- cari, siue dari in solutum pro sorte ipsa principal & expensis: & ideo quod alteri prodest, & sibi non nocet, denegari nō debet. l. 2. cum ibi notatus, in prin- cip. ff. sol. matr. At si bona non sufficiant, etiam ipse secundus creditor: & præsertim si appellauerit, ad impen-

De Executionibus, Tractatus. §. 4. 243

impensas tenetur: ne victor damnum patiatur, cui regulariter vixus condemnandus est. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. cum vulgarib.

C A P. LXXXVI.

A R G V M E N T V M.

D e subhastatione ad candelā, cui offerenti res addicenda.

S V M M A R I A.

- 1 Oblator si incipiat offerre candela accensa, & desinat ea extincta: an res subhastata ei vel precedentis qui obtulit, dari debeat.
- 2 Licitationis, vel subhastationis forma inducitur à banno super illis publicato.
- 3 Oblatori in tempore ius queritur vel ex venditione, vel saltem ex obligatione nata inter deputatos & ipsum de vendendo & emendo pro pretio, & numero 4.
- 5 Obligatio hinc inde contrahitur, licet reuocabiliter, si superueniat alter oblator.
- 6 Candela accensa importat formam & terminum limitatum usque ad momentum.
- 7 Terminus, quando sit praefissus.
- 8 Termimi qui dicantur per emptoriū.
- 9 Termimi preficio, quod importet formam.
- 10 Ablatua inducunt conditionem.
- 11 Conditio formam inducit.
- 12 Oblatio maior precedentis acquirit ius offerenti, sed resolubile.
- 13 Forma & conditio sunt individua.
- 14 Venditio facta cum illa conditione, vt nisi statuta die premium solutum sit, inempta sit, licet solutioni in tempore facta deficiat nummus tantum, non minus erit inempta, ac si nihil solutum esset.
- 15 Oblatio ad aliquid ius acquirendum facienda, non relevat, nec quicquam operatur, si solus nummus deficiat.
- 16 Argumentum valet de re ad tempus.
- 17 Actus quando non sint perfecti, si aliquid deficiat.
- 18 Conditio si adimpleatur non sufficit, sed debet esse impleta priusquam dispositio sumat effectum.
- 19 Conditio non, siens, sed facta, dispositum purificat.
- 20 Contractus non dicitur absolutus, quando contrahens loquitur.
- 21 Contractus qui sunt per subhastationem, habent naturam contractus in scriptis.
- 22 Ea, que sunt vnicō cōtextu, quod non habeant prius vel posterius, quomodo intelligantur.
- 23 Forma rigor ob necessitatem quod remittendus sit, quomodo procedat.
- 24 Captum pro perfecto, quando habeatur.
- 25 Principium tanquam potius, an attendendum sit.
- 26 Finis ad principium retractatio sit per fictionem.
- 27 Fictio in praeiudicium tertii locum non habet, nec in conditionalibus. nec in aliis quæ pro formasunt introducta.
- 28 Contractus & obligatio dum sunt in fieri, nihil sunt.
- 29 Verba in subhastatione diuidi non possunt.

Quinagesimo octauo quoniam in subhastationibus solet praeco publico edicto exprimere bona plus offerendi danda esse, candela accensa existente, potest aliquando accidere, vt primus offerat candela accensa, posterior vero oblationem

candela accensa incipiat, sed ea exticta desinat. Vnde queritur, cuinam ex predictis dari debeat, ei scilicet qui candela accensa incipit, & ea exticta compleuit: an vero primo oblatori? Et in hac conclusione fuit aliquando, me vnius ex partibus aduocato, in Rota Florentina determinatum oblationem factam partim candela accensa & partim exticta non subsistere, & ideo attendendum non esse: & primum ex eo quod ex batini propositi dispositione forma & licitationis siue subhastationis inducta sit, continet atque ipsos deputatos plus offerenti venderet obligatos esse, dummodo oblatores offerat candela accensa: hoc est intra terminum & tempus, quo candela accensa erit, & priusquam extinguitur. Vnde consequitur vel quod facta oblatione tempore praefixo & deputato oblatori ius quæsumum sit, vel ex venditione, vel saltem ex obligatione & intet deputatos nata & ipsum oblatorem de vendendo & emendo, pretio oblati, ut est text. & glos. & Doctores tradunt in l. tempora. C. defide instrumen, & iure hafte fiscal. libro decimo. & in l. licitatio ff. de public. & voluit Bald. in consilio 393. premisis duabus, columna prima, volumine quarto, & in consilio 101. factum super quo, in medio, volumine tertio, dum inquit hinc inde obligationem contrahi, licet reuocabilem, si alter oblator superueniat. Hanc declarationem tenuit etiam Angel. in consilio 324. datum pannorum, in fine, dum voluit in eo casu ideo obligationi locum non esse, quia subhastationis forma seruatam non fuit: tum etiam quia illi officiales dare aut vendere non promiserant, vel quid simile plus offerenti. Verum in casu proprio quod vendere volebant & plus offerenti dare, expressum fuit. Ergo. Hanc eandem sententiam sequitur Alex. in consil. 114. r. 6. processu ad primum, volum. 6. & Capic. in decis. 36. in causa magnificorum. in fine. Et licet non nulli ex supra relatis: ideo perfectam venditionem dici non posse intelligere videantur, eorum dictum in terminis de quibus loquuntur procedere videtur: nam in eis vendere promissam non fuit, sed simpliciter in futurum plus offerenti dare. At in casu proprio, in quo tunc vendere velle affirmant, securus dicendum videtur, ac defendi, vt certi & determinati pretii oblatore accidente, & si reuocabiliter, si maior oblato deputato tempore superuenierit, perfecta tamen sit venditio, prout videtur voluisse Bar. id d. l. licitatio. in princip. dum citat nota in l. elementis ff. de contrahen. emptio. Comprobatur etiam ex eo quod illa verba, candela accensa, in casu proprio & formam denotant: tum quia est tempus limitatum: importat enim terminum usque ad momentum illud, quo candela extinguetur, vt patet ad sensum, & est tex. in c. cū in veteri, extra de elecio. dum ibi ostenditur huiusmodi terminum esse præcism, & adeo vt præteriri non possit, alioquin non fuisset ita vrgens illa angustia, quæ ibi consideratur: & quod hi termini notantur in casu proprio. 8 suto Bart. in d. l. si tempora. Præterea quod termini praefixio & formam denotet, tradunt Bal. Salicet. & Ias. in authen. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offerent. & iterum las. in l. pupillari, in secundo notabili. ff. de vulg. & pupil. & Felin. in c. cum dilecta, colum. 8. in octauo sig. forme, num. 33. extra de rescript. & iterum etiam Bald. in consil. 69. statuto ciuitatis, volum. 1. & rursus las. in consil. 166. videtur prima, colum. penult. versic. confirmatur. & in consil. sequen. colum. fin. vol. 2. & alibi sape scribentes,

præterquam quod est conditionalis dispositio: siue
 10 ex eo quod in ablativo casu + posita sunt, & ideo
 conditionem denotant. l. à testatore, & ibi tradunt
 scribentes ff. de conditio. & demonstratio. siue sit præ-
 positio ad, videlicet ad candelam accensam accusatio
 casui deseruiens, ut inquit Bart. in l. prima, colum. 6.
 in 3. questio numero 23. ff. de conditio. & demonstratio.
 & in l. centesimis. §. fin. colum. 2. numero 6. ff. de verborum
 obligatio. & Alexan. in consil. 72. viso processu, in fine, vo-
 lum. 5. Qua quidem conditio + non minus formam
 inducit, ut voluerunt Alex. Aret. & Iaf. in l. secunda.
 §. fin. ff. de vulg. & pupil. & Felin. in d. c. cum dilecta, co-
 lum. 7. in secundo sg. numero 23. & Afficit. in decif. 35. si
 presitus est, numero 5. & sequen. alios referens concor-
 dantes. & Decius. in consil. ii. Quidam iudicantium, co-
 lum. 6. n. 9. & passim scribentes. Ex quibus sane con-
 12 cluderidum est, maiorem + præcedentem oblationem
 ius offertenti ex eo contractu acquirere, licet
 reuocabile sub illa conditione, quatenus plus offe-
 rens non reperiatur, vel accesserit in termino à sta-
 tutis, legibusne municipalibus constituto. Et ideo
 licet oblatio alterius ex oblatoribus momento post
 candelam extinctam facta sit, dubium nemini esse
 debet, quin ut varia & extra tempus constitutum
 facta reliienda sit, & ius præcedentis oblatoris sub-
 sistat. Nec videtur prædictis obstante, quod oblatio
 subsequens candela accensa incepit, cum eadem
 extincta desierit: Quandoquidem siue sit forma,
 13 + siue conditio, utique individua est, ut de forma
 tradit Bal. in l. si seruus, in additione, in medio ff. si quis
 cautio, dum inquit divisionem formam corrumpere.
 & in l. Pedius, in princ. in addit. ff. de arbitr. dum ait,
 formam esse de genere individuum, cum qualibet
 mutatio formæ totum vitiet, ut inquit Alex. in l.
 si is qui quadringenta. §. quedam, in secundo notabili. ff.
 ad leg. Falcid. & Decin. in consil. 532. pro vera resolutione
 col. i. De conditione vero est tex. in l. qui duobus. & in
 l. cui fundus. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. fistulas.
 §. qui fundum. ff. de contrahen. emptio & Ang. in con-
 sil. 168 testator in omnibus, colum. . in fine & Alexan. in
 consil. 75. in causa & lite, in fine, volum. 7. Et ideo
 in eis, qui partem facit, non plus seruare & adimple-
 re dicitur, quam si nihil fecisset, ut in relatis locis
 satis concludenter probari videtur. Imo si recte an-
 animaduertatur, comprobatur etiam ex eo quod in
 his individuis vtile per inutile vitiarur, ut voluit
 Bart. in l. Grace, §. illud ff. de fidei usq. & Ang. Imola & alii
 in l. i. §. si quis ita. ff. de verborum oblig. & passim tradunt
 scribentes: Et ideo redeundo ad rem nostram cum
 sit de forma, ut oblatio intra tempus constitutum
 fiat, si intra illum terminum pro parte tantum facta
 sit, perinde est ac si nec illa pars facta esset. Præterea
 quod illa pars quæ tempore inutili facta fuit, eam
 partem vitiet, quæ tempore utili facta est, inde pa-
 ter, quod omissione formæ etiam quo ad minimum
 totum vitiat, ut inquit Bald. & sequitur Imola in l.
 prima ff. de liber. & posthum. & late tradit Felin. in di-
 cho cap. cum dilecta, colum. ii. sub prima ampliatione, nu-
 mero 42. & Decius in authen. qui rem. Cod. de sacro sanct.
 eccles. & in t. de appellationibus, colum. 2. versic. tertius ca-
 sus, extra de appellatio. & Iaf. in consilio 165. viso & con-
 federato. in fine, & in consilio 191. placet mihi, in prin-
 cipo, volum. 2. & Decius in dicto consilio 532. colum. i. nu-
 mero 5. Comprobatur hæc conclusio ex eo, quod
 voluit glo. in l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio.
 14 dum voluit, quod si res ita vendita sit, + ut nisi con-

situra die pretium solueretur, inempta esset, si ac-
 ciderit, ut pretium intra contum tempus solua-
 tur, uno excepto numero: non minus inemptam es-
 se, ac si nihil solutum esset. eam gl. sequitur ibi Bald.
 & iterum in Rub. C. de contrahen. emptio. quest. 10. &
 dicit diligenter notandam esse. Non minus etiam com-
 probatur hæc conclusio ex iis, quæ tradunt Docto-
 res nostri in l. acceptam. C. de usur. & alibi sape de ob-
 ligatione facienda + pro aliquo iure querendo, quod 15
 non releuet, vel quicquam efficiat, si solus nummus
 deficiat: argumentum enim + de re ad tempus, va-
 lidum est. l. milesita. §. & quia, ubi tradit etiam Bart. ff.
 de milit. restamen. Si igitur solutio ob defectum ali-
 cuius partis nulla est, pariter etiam idem dicendum
 est, si aliqua temporis pars etiam minima deficiat.
 Nam in eo casu oblatio tanquam nulla & non rite
 facta reiicienda est, & venditionem non confirmat.
 ita arguit Iaf. in d. l. in pupillari, in princ. in tertio nota-
 bili. Verum omisssis pluribus regulis & axiomatibus
 ad actus perfectionem & imperfectionem perti-
 nentibus, & præfertim quod + quoque, quicquam 17
 deficit, actus in consideratione non sit, argumento l.
 iti. §. opera. ff. de verborum signific. & l. penult. in fine. C.
 de his quib. ut indign. cum similibus. Videtur ad casus
 nostri decisionem plurimum facere illud, quod di-
 xit Bald. per illum textum in l. Arethusa in prima le-
 ctura ff. de statu homin. Vbi in primo notabili habe-
 tur, conditionem + impleri oportere, sed imple-
 tam esse, antequam dispositio perfectionem & ef-
 fectum consequatur: Et col. 2. versic. Quaro, nunquid
 tertius. inquit conditionem, + quæ nondum est in 19
 fieri, sed factam dispositum confirmare & purifica-
 re, & ideo dicitur, ubi editum proponitur non so-
 lum ex cogrua interpretatione, ut ex prædictis col-
 ligitur, non solum requirere perfectione actus ob-
 lationis in termino præfixo requirere, sed etiam ex
 ipsis verbis: cum plerunque dicatur velle vendere
 ad candela accensam plus offerenti: & sic oblatio
 non solum in termino constituto, sed vt in eo quo-
 que contractus & obligatio fiat. Sed certum est,
 quod contractus & obligatio momento perficiuntur:
 & esse à fine & conclusione recipiunt, quibus
 consensus viriusque concurrit. l. si voluntate. C. de
 rescind. vend. ubi Bal. qui dicit ad hoc meliorem tex.
 non reperiri. d. l. si voluntate. Et idem in l. bonefide, in
 princ. C. de pact. dicit contractū + non esse perfectum 20
 & absolutum, dum contrahentes loquuntur: & ideo
 cum iudices & alii ad huiusmodi ventiones depu-
 tati vt fiunt ventiones & contractus candela ac-
 censa: si eius finis ad illud tempus, quo candela esset
 extincta porrigeretur, cum illa ultima pars perficiat
 contractum & obligationem, diceretur contractus
 & obligatio facta candelæ omnino exticta, non au-
 tem accessa, ut debet. Præterea si sequamur Bald. in
 consil. 7 factum super quo, lib. s. dum ait, hos contractus,
 + qui subhastationibus fiunt, natura contractum
 in scriptis factorum habere, & ideo obligandivim
 non habere, nisi scripta ipsa obligatione: quo sit, vt
 res sit extra omnem dubitationem posita: quando-
 quidem editum de obligatione valida & ad obliga-
 gandum efficacem intelligendum est, & ideo non so-
 lum integra proferenda est & perfecta, ut obliget,
 vt supra probauimus: sed illud etiam oportet, ut in-
 tra terminum scripta sit, quod tamen nunc firmandum
 non duximus: tanquam pro determinatione
 huius controversie necessarium non sit.

His

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

245

His itaque pro validitate & confirmatione huius conclusionis ita deductis & comprobatis: satis probabiliter iis, quae in contrarium deducuntur, & deduci possunt, responderi posse videtur. Ad illud enim primo loco, quod obiici posse videtur: quod 22 ea † quae fiunt uno cōtextu prius vel posterius non habeant, sed inesse ceneantur vti ita continentia facta. l. quidam testamen. ff. de pecul. lega. & l. lecta, vbi scribentes tradunt. ff. si cert. pet. cum vulgaribus. non procedunt in iis, quae consistunt in temporis momento, vt refert Ias. in l. edita, col. 6. in princ. num. 14. C. de eden. dum etiam obiici posset, aliquid de rigore formæ remittendum esse † propter necessitatem, per ea quae dixit Paris. in consil. 33. & si prima, colum. 2. & seq. volum. 2. non videtur ad speciem, de qua agitur pertinere, cum non constet ullam necessitatem instare. Quinimo cuipè imputandura videtur ipsius oblatoris, qui se ad ita angustum terminum restrinxit, vt est tex. in d. c. cum in veteri, in fine, vbi notatur. Ad il- 24 lud præterea, † quod dicitur solet, in cœptum pro perfecto haberi debere. l. & si, §. quid ergo. ff. de auro. & argen. lega. & tradit Bart. in l. cetera. §. fin. ff. de lega. 1. & in consil. 36. statuto ciuitatis Assisi, procedit in vniuersali dispositione favorabili & late interpretanda, vt ait gl. in d. l. rei. §. opera. ff. de verborum signific. & Bart. in d. §. fin. Sed in specie de qua agitur, sumus in particulari dispositione & stricte capienda, vt sunt regulariter omnes contractus. l. veterib. ff. de pact. cum vulgaribus. Et quod plus est, in ea tractatur de auferendo iure tertio quæsito præcedente oblatione: sed vbi agitur de præjudicio tertii, cœptum pro impleto non habetur, vt inquit Aret. in l. qua etate. ff. de testimoniis. Ergo. Præterquam quod obiectum procederet in iis, quae certam formam non habent, vt declarat idem Bart. in d. consil. 36. Sed in casu nostro certa forma in termino oblationis facienda proposita erat, quam adimpleuisse ille dici non potest, qui solum incepit. Ergo. Quatenus vero † dicereur principium tanquam potius attendendum esse. l. 1. ff. de orig. iur. parum vrgere videtur, cum ex vtraque parte multa dici possint, & nihil certi regulariter firmari: Nam quandoq; atteditur principium, quandoque medium; & quandoq; finis, vt inquit gl. notabilis in c. dudum, il primo, extra de electio. & in c. scientes, extra de censibus. Et ideo Abbas in d. c. dudum, post Hofiens. & alios, quos ipse refert, de hoc inquit regulari firmam & certain dari non posse: sed si qui causas accidentum secundum subiectam materiam eos esse decidendos & terminandos: Et ideo percurrendo nonnullos casus, si loquamus de iis, quae suū esse, & perfectionem à principio recipiūt, & principium attendendum esse dicendum est: si vero de iis quae à fine & conclusione, & tunc finis attendi debet, vt ibidem sentit idem Abb. post Calder. & Anton. à Butrio, quos ipse refert. Sed in proposita specie, cum de contractu & obligatione tractetur, vim & esse à conclusione & fine assumentibus, prout supra satis concludenter demonstratum est: finem & non principium attendere debemus. Hac eadem ratione tollitur illud obiectum doctrinæ Bartoli in d. l. 3. §. minorem. ff. de mino. & in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto. Quatenus vero obiceretur de fine habente necessariam causam ad principium, id respondetur procedere posse in iis, quorum potior pars est principium: non autem in iis, quorum substantia à conclusione & fine, vt sunt contractus, ad

qua non debet trahi finis: sed ipse omnia ad se trahere: cum in eo actus substantia consistat, præterquam quod ea procedūt in favorabilibus, & in quibus equitas suadet retrotrahi, non in casu nostro in quo tractatur de præjudicio tertii, cui ius est quæsum sub ea conditione resoluendo. Nec potest dici favorabilis actus, nec vlla æquitas ius vni auferri, vt alteri tradatur: Nam licet utile sit rem venale proponentibus & iuxta eorum intentionem ad hoc, vt plus recipiant: attamen postquam se legi & edicto astrinxerunt disponenti, vt ei daretur, qui plus in termino constituto offert, non possunt ab eo recedere, postquam aliquis sua oblatione iusque scivit, & si termino elapsō aliquem reperiant, deputati, qui plus offerat: nec vlla æquitate vel favore tuentur, vt est text. & ibi tradunt Doctores in d. l. si tempora. Illa enim finis retrotractio † ad principium fictionem continet, vt ex se satis constat & exprimit Bald. in consil. 253. licet iste allegationes. & in consil. sequen. volum. 4. Quæ fictio præterquam quod non habet locum † in præjudicium tertii, vt dixit Petr. 27 de Anchar. in consil. 106. dubitatur, in medio, non attenditur in conditionibus vel in iis, quae pro forma sunt introducta, cum vere & proprie sint adimplēda, non per fictionem vel per æquipollens. l. qui heredi, in principio, & in l. Mauius, vbi tradunt Doctores. ff. de conditio. & demonstratio. & Bart. & alii in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. deliber. & posthum. & de forma tradit Felin. qui alios concordantes refert in d. c. cum dilecta, colum. 14. in ampliatio. II. num. 58. & Doctores & presertim Alexand. in l. prima. ff. deliber. & posthum. & alii Doctor. passim tam legendi, quam consulendo. Dum vero opponeretur ex verbis edicti futuri temporis modi indicatiui, & sic denotantibus actum in fieri potius quam fieri & perfectum, & ideo videatur adimpletum ex principio cœpto tempore habili, & si non perfecto, vt voluit Bart. & alii in d. l. centesimis. §. fin. ff. de verborum obligatio & Alexand. in consil. 194. perspectus iis. volum. 6. Id sane concedi posset, vbi aliunde ex subiecta materia perfectionem actus requiri non constaret. Verum cum id in casu nostro satis constet ex contractu & obligatione in termino requisita, ad hoc vt offerenti ius acquiratur: qui contractus † & obligatio dum sunt in fieri, nihil 28 sunt, & attendi non debent, nisi in ipsa conclusione, & sic in ultimo verbo oblationis: vel ex natura conditionis, videlicet si fiat oblatio cedula accepta: cui quidem conditioni actu qui est in fieri, sed integro & perfecto, vt supra dictum est, & presertim pere ea, quae tradit Bald. in d. l. Arethusa. ff. de statu homin. Postremo si obiiciatur de diuidendis verbis † oblationis, & sic de attribuenda aliqua parte principio, vt saltem in tempore prolatum videatur, primum videlicet dum oblator dixit vendi: Respondeatur id fortasse satis fuisse, si nihil ulterius dixisset, vel dicere voluisse, cum certum sit hanc oblationem factam fuisse, & oblatorem eam facete voluisse quantitatis & summae, quam expressit, & per verba prolatæ vñico cōtextu non possunt separari, vel dividiri, sed pro quodam indiuiduo habenda sunt, vt declarat Bal. in d. l. si seruus, in additio- ne, in medio. ff. si quis cautio. vbi ponit pro vna specie indiuidui respectu formæ, id quod comprehenditur vñica verborum conceptione: Id quod voluit etiam Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de liber. lega. dum vult, vnum capitulum separari non posse: &

in hoc communiter approbatur. Ea igitur verba, ut quid individuum accipere oportet, & ut inseparabilia & ex consequenti ad ea reuerti, quæ supra dicta sunt, ex quibus satis videtur comprobari conclusio proposita. Verum quicquid supra dictum sit, practica quandoque in hereditatibus pupillorum in eorum beneficium & comodum aliter obseruauit: Nam iudices ad id præpositi & deputati, ut bona iterum subhastentur curarunt: quo casu cuiuslibet summam oblatam augere licet. Vnde plures euenerunt, ut bonorum subhastatorum pretium augeretur, & ab hac practica propter concus sum ipsorum oblatorum recedendum non videtur.

C A P. LXXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Subhastatio bonorum si fiat ad instantiam creditorum & aliquis offerat, licet ex parte oblatoris sit contracta obligatio emendi & pretium soluendi: An si antequam celebretur instrumentum ipsius venditionis detegatur partem dictorum bonorum vendi non posse, vel adsit aliquod impedimentum, suam oblationem seruare teneatur: aut vero eam reuocare possit.

Quinagesimono fuit alias aliquando dubitatum de huiusmodi conclusione, videlicet si ad instantiam creditoris bona à iudice subhastari mandentur, & oblator obtulerit: An, licet ut supra etiam sèpe dictum est, ex parte ipsius oblatoris emendi obligatio contracta sit, & pretii soluendi, ita ut ad emendum & pretium soluendum cogi possit. *d.l. si tempora. C. de fide instrumen. lib. 10. & d.l. licitatio in princip. ff. de public. rectigal. vbi Bart. & alii, & late tradit Decius in consil. 558. numero. 1. & 2.* Sit tamen deinde antequam celebretur instrumentum dictæ venditionis detegatur, paré bonorum quorum causa obtulit, vendi non posse, vel aliquod adsit impedimentum, ut omnia bona quorum causa obtulit, non vendantur, suam oblationem seruare teneatur, vel eam prædictis concurrentibus reuocare possit. In hac dubitatione alias conclusum fuit, ut suam oblationem seruare non teneatur, sed eam omnino reuocare possit: & præsertim si unum tantum pro omnibus rebus subhastatis pretiū obtulerit: non autem separatim pro qualibet re, vel quolibet bonorum capite: & ratio satis concludens esse viderit, quia si id sciuisset, huiusmodi oblationem non fecisset, si bona omnia subhastata habiturus se non credidisset. Nec obstat, ut supra diximus, quod oblator sit obligatus, & cogi possit: quia id rebus sic stantibus intelligendum est, ut inquit Bart. & sequuntur alii in l. qui seruum ff. de verb. oblig. & Soc. in consil. 179. volum. 1. & Corn in consil. 189. volum. 2. Et hinc est, ut quando quis se offert in emptorem aliquius prædicti, vna cum aliis bonis, de quibus in actis, & deinde mā datum sit prædium illud, vel eius partem vendendam non esse, non teneatur ipse oblator, suam oblationem seruare: & præsertim si pretium simul & vna pro omnibus bonis oblatum sit: non autem separatim pro qualibet bonorum capite. Ex hac enim vñica oblatione omniū bonorum emptio resultat & emanat, & ut diximus, talem forfalle oblationem non fecisset, si bona omnia habe-

re non credisset, iuxta tex. in l. si duos. ff. de contrahē, emptio. & in l. cum plures. ff. de enatio. & in l. cum eiusdem, & in l. aediles. §. fin. ff. de adilit. edicto. & in l. si quis aliam. ff. de solutio. & tradit Raph. Cuman. in consil. 41. versic. ad secundum respondetur. & Imola in consil. 39. cum pluribus alii in proposito cumulatis à Tiraquelle in tractatu de retract. in tit. 1. §. 23. gl. 1. per totum.

C A P. LXXXVIII.

A R G V M E N T V M.

De iudice appellationis, quatenus non deducta coram eo deduci possit.

S V M M A R I A.

Appellatio, an locum habeat, si opponatur aliquem ex creditoribus non esse audiendum vel quia ei lite pendente nouum ius impetrare non licet, vel quia ius illud in prima instantia deductum non fuit. & ideo coram iudice appellationis deduci non possit.

2. Ius superueniens regulariter non prodest.
3. Appellationis in causa potest tertius comparere.

SExagesimo fuit præterea etiam quæsumum, si forfalle † opponatur aliquem ex creditoribus audiendum non esse: vel quia non esse: vel quia non licet ei lite pendente nouum ius impetrare: vel quia ius illud ab eo in prima instantia deductum nō fuit: an coram iudice appellationis deduci possit? Et in hac dubitatione deduci posse fuit magis communiter & frequentioribus calculis receptum: Nam licet quo ad primum dubium non sit ius lite pendente superueniens † regulariter non prodest. *l. 2. non potest, & ibi notant Doctores. ff. de iudic. & c. Abbate sane, de re iudic. lib. 6.* Id tamen quicquid sit in actorie, quo ad reum non procedere, vt ait Castrensi in l. 1. num. 4. ff. de exceptio. vbi tradit etiam Bart. num. 9. in fin. & post multa consilia idem concludit Anchæ. in d. c. Abb. sane, in notabili 19. versic. oppono secundum Ioannem Andr. Discussio enim in eo casu necessaria non est, quando Princeps suo rescripto iuris prædicti in iudicium deducendi facultatem concessit: eo namq; casu omniscissat difficultas, iuxta ea, quæ in his terminis tradit Staphile. in tit. de commis. & cit. iust. §. in primis, num. 50. & Rota de rescript. decis. 19. in nouis. Quo vero ad secundum stante prædicto rescripto, idem quoque dicendum est, nulla scilicet disputatione opus esse, præterquam quod id magis etiam de iure expeditum esse videtur, vt possit tertius etiam coram iudice appellationis pro suo interesse comparere, & † ad causam, in eo statu, in quo reperitur, admittendus est, vt ait Bart. in l. à sententia, in princip. & in l. si pro lusorio. ff. de appellat. & relatio. & tradit Boerius in decis. 70. & Aymon. Crauet. in consil. 14. colum. penult. & consil. 220. colum. 1. & Natta in consil. 99. vol. 1. & ita videtur in practica obseruari.

C A P. LXXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index an possit apponere hypothecam p̄eambulam in bonis vendendis vel in solutum dandis.

SExagesimoprimo accidit etiam quandoque, ut iudex dicat in sententia bona oblatori vendenda esse

De Executionibus Tractatus. §. 4.

147

esse præcio ab eo oblato, sed dictus oblator pecuniam non habet.

C A P. XC. omni. D A R G V M E N T U M.

Æstimatione in datione in solutum facta, an subsistat, si vnum ex æstimatoribus non sit ex illo loco.

S Y M M A R I A.

- 1 AEstimatione bonorum debet ab extimatoribus & probis viris illius loci, vbi bona sunt sita fieri.
- 2 AEstimatorum vnum si non sit ex illo loco, vbi bona sunt sita, datio in solutum non vallet.
- 3 Qualitates omnes à statuto requisita seruari debent.
- 4 Bonus quilibet presumitur.
- 5 AEstimatione à pluribus seruari debet.
- 6 Forma non seruata gesta sunt nulla.
- 7 Ratio habetur pro expressa, quando nulla alia reddi potest.
- 8 Ratio eadem cum militat, non dicitur fieri extensio ad alium casum.
- 9 AEstimatione est nulla, non seruata forma.
- 10 Datio in solutum non subsistit, non seruata forma & ordine, de quibus int. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.
- 11 Subhastari debent bona in solutum danda.
- 12 Datio in solutum vel executio, non seruato ordine & forma ad. §. in venditione, an sit nulla: an vero appellandum sit.

SExagesimo secundo quoniam, ut supra diximus, ad dationem in solutum necessaria est & præcedere debet æstimatione, & ab æstimatoribus probis viris, ut extant multis in locis statuta id disponentia, qui referant, inspecta communi æstimatione, bona æstimanda talis esse æstimationis: quæsi potest, an si alter & ipsorum æstimatorum eiusdem loci, vbi sunt sita bona, non sit, datio in solutum subsistat? Quia in re non subsistere dicendum videtur: nam ad hoc ut statuti dispositio seruata dici possit, ut illius qualitates omnes seruentur & probentur necesse est, ut in simili inquit Corne. in consil. 125. num. 1. vol. 4. in princ. & Brunus in tract. de statu. excludend. fœmin. in artic. 12. princ. num. 86. Si enim plures sint qualitates, omnes & concurrere debent & probari, ut inquit Brunus in eodem tract. artic. 6. princ. in 8. membro, quest. 28. num. 321. & 322. & in art. 12. quest. 27. sub num. 291. & 292. & in art. 5. num. 130. & Decius in consil. 356. num. 4. & alibi sepe tradunt Doctores. Licet igitur probitas ab ipsis statutis requisita in diebus æstimatoribus præsumeretur, probari que necesse non esset: tum quia quilibet & præsumitur bonus & probus vir. cap. dudum, extra de prescription. & cap. 1. extra de sentent. & l. cum pater. §. rogo. ff. delegat. 2. & præsertim cum huiusmodi præsumptio à natura procedat, ut inquit Angelus in l. sciendum, in fin. ff. de verborum obligationib. & Socin. in consil. 15. vol. 1. tum etiam quia licet statuta huiusmodi requirant æstimatores esse probos, optimos tamen esse non requirunt, seu omni exceptione maiores, ut de his late sentiri Alciat. & illi qui additionem faciunt, in suo tract. præsumption. regul. 3. præsumptio 2. Aliæ tamen qualitates, videlicet quod æstimatores eiusdem sint loci, si non veriscentur, vel in utroque æstimatore concurrent actus, seu in solutum datio, non subsistit. Accedit etiam ut ex alio infirmetur, si statuta & de pluribus loquuntur formam tradens, prout est quando statutum aliter quam ius commune super deliberatione alicuius actus iurisdictionem modificatur. in dndo, prouidet. Nam tunc formam tradere dicitur, ut ait gloss. in clement. 1. in verbo, inhibentis, de iure patronat. & Anch. in consil. 36. visa quadam petitione, in princ. & in consil. 6. viso themate, & sequitur Felin. in cap. cum dilecta, num. 34. in versic. nonum signum, extra de rescript. & faciunt ea, quæ tradit Felin. in dicto cap. cum dilecta, versic. primum signum, num. 22. Ex quo igitur forma seruata & non fuit gesta contra eam sunt nulla, ut ait Alexand. in consil. 23. volum. 4. & in consil. 37. & Socin. in consil. 35. prosequendo ordinem, vol. 1. & late prosequitur Felinus in loco supra relato, num. 36. in versic. gesta contra formam, & in simili statuto consuluit Alexand. in consil. 138. num. 8. volum. 7. cum aliis, quæ adducit Paris. in consil. 62. pro vera, num. 38. cum sequentibus, volum. 4. Et ita alias in his terminis dationis in solutum tenuit Rota Florentina ea ratione inter alias; quia ideo dispositum fuit, extimators eiusdem loci esse debere, quia multo melius rei qualitates ac redditus prætiumque scire præsumuntur: Quæ quidem ratio licet expresa non sit, cum tamen alia nulla reddi possit, pro expressa & habetur, ut est text. & ibi tradit gloss. & sequuntur alii in l. quamvis. C. de fideicommiss. & Baldus in l. fin. C. de liber. præterit. & quamplures alii relativi à Bruno in tract. de statu. excludend. fœmin. in 3. artic. princip. num. 16. & 17. & Georg. Natta in tract. super statu. fœmin. in 3. quest. principali. num. 64. Et ideo cum militet eadem ratio, & non dicitur quis extendendo nouum casum addere: Sed illud quod in primo casu includitur, prævia & suadente a quietate detegere & excitare. l. si p. pulauerit. §. sed sine gauerit ff. de adulter. & Oldrad. in consil. 85. thematale est, Titius. & Calderin. satis pulchre & eleganter in consil. 1. in tit. ut liceat. & Bald. Castrens & alii, quos refert Aymon Crauetta in consil. 183. num. 3. & Decius in consil. 193. num. 7. & Roland. à Valle in consil. 72. num. 45. volum. 1. Quando igitur forma statuti non seruatur, & æstimatione nulla est, & ex consequenti datio in solutum, cum ab ea robur, vim ac firmitatem accipiat. Accedit & etiam quod seruandus est ordo ille & determinatio, de quibus in dicta l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicat. Alioquin datio in solutum nulla est. Ordo autem seu determinatio illius §. est, ut prius nuncius diligenter inquirat, an bona debitoris mobilia extent: & si extare reperiantur, vendantur, & ex ipso pretio creditori satisfiat: & quatenus non sufficiat ad venditionem bonorum immobilia deueniatur, eorum raimen quæ minus creditoribus damnum afferrunt. At si nulla bona mobilia debitor habeat, ex quorum pretiis creditoribus satisfieri possit ad bonorum immobilia alienationem & venditionem descendatur, iuxta eundem modum & formam, de quibus in d. §. in venditione, vbi tradunt etiam Doct. & in l. ordo. C. de execut. rei iud. Non est enim ambigen. dum, quin prædictus ordo sibi locum vendicet, ob-

seruarique debeat etiam in secundo decreto secundum primam opinionem gloss. ibi, & Doctorum ibidem ab Angelo relatorum: & est communis opinio Canonistarum in cap. quoniam frequenter. §. fin. extra vt lite non contestat. vt inquit Socin. in consil. 358. num. 14. volum. 2. Vbicunque igitur huiusmodi discussio omittitur, diligensque perquisitio, si deinde debitem bona mobilia habere reperiat, ipsa datio in solutum ob formæ omissionem non subsistet. Et id etiam verum est, si pretium prædictorum bonorum mobilium ad totum debitum persoluendum non sufficeret: quandoquidem ea seruata forma ad illius quod superest persoluendum, bona deinde immobilia pro summa debita vendi possunt. Præterea ex eo etiam datio in solutum nulla dicitur, quod subhastatio † omissa sit: debuerunt enim eo modo, de quo loquitur Castr. in l. si quis. C. de res fin. vendit. subhastari, vbi inquit bona, antequam subhastata ponantur, à peritis & expertis extimatoribus extimanda esse, & ea extimatione præmissa subhastanda esse, & deinde plus offerenti tradi, alioquin fraudem committi posse: Si vero emptor non reperiatur, vel ab eo iustum pretium non offeratur, bona prædicta ei vendenda non esse, sed pro iusto pretio, iuxta tamen peritorum estimationem, creditori adiudicanda esse. l. C. si in caus. iudic. & ita decidit Concilium Neapolitanum, vt refert Matthæus Afflict. in decis. 358. col. 1. & Castr. in d. l. si quis. & sequitur Roland. à Valle in consil. 32. num. 32. & 33. & probatur in d. l. ordo. vbi tradunt Doctores, & in d. l. 2. C. si in caus. pignor. vt ait Alex. and. in d. l. à Diuo Pio. §. si pignora. num. 7. & presupponit Castr. ibi. His ita existentibus, querunt Doct. an ob huiusmodi formæ omissionem datio in solutum nulla sit ipso iure, vel appellationis remedio opus sit? Quia in re licet Bart. & alii, quos refert Ias. in d. §. in venditione, nu. 19. & Anton. Gabr. in tract. commun. conclus. lib. 2. sub tit. de execut. rei iudic. conclus. 2. tenere videantur, vt si in † executione non feruetur ordo dicti §. in venditione, executio nulla non sit, sed appellatione opus sit, & hæc opinio, vt ipsi attestantur, sit magis communis: Posset tamen videtur ex eo responderi, quod præterquam quod illa opinio à quampluribus impugnatur, videlicet ab Imola, Alexand. & Ias. in d. §. in venditione, & à Mattheo Afflict. in decis. 358. & Felino in cap. cum dilecta, in versic. secundum signum, num. 32. extra de rescript. Est etiam animaduertendum Doctores in loco relato loqui in terminis d. §. in venditione, vt scilicet si bona immobilia vendantur, non præcedente discussione bonorum mobilium, processus non sit nullus, sed appellandum sit, præsupponentes bona præcedente extimatione, & subhastatione subsequente, plus offerenti vendita fuisse, vel oblatore iustum pretium non offerente creditori modo, & forma supra relata, in solutum data, vel adiudicata fuisse. Non autem intelligunt, bona immobilia statim prædictis non seruatis vili pretio creditori adiudicata fuisse, & sic loquuntur, quando ille tantum defectus interuenit, quod non fuerit facta perquisitio, an mobilia extarent: Si autem utrumque concurredit, adiudicatio nulla videtur: & ideo ea quæ dicit Bartol. is in contrarium locum habere non possunt, vt patet ex paulo ante relatis.

C A P. XCI.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio an valeat statutaria prescriptio ne excludendo substitutum.

S U M M A R I A.

- 1 Prescriptio triginta annorum procedit contra ius fideicommissi, & res alienari prohibitas.
- 2 Prescribi potest rei, que sine certa forma alienari prohibita est, si forma illa accedit.
- 3 Prescriptiones statutariae, in earum loco succedunt, que à iure communi introductæ sunt.
- 4 Praconia & edicta ignorantis quoque afficiunt.
- 5 Alienatio rerum subiectarum fidei commissio valet, si ab ignorantे ignorantis fiat.
- 6 Alienatio contra prohibitionem facta, nulla est.
- 7 Dominium rerum alienari prohibitarum, & fidei commissio subiectarum in substitutum transfertur, quam primum deuentum est ad actum ipsius alienationis.
- 8 Alienatione prohibita, dominii quoq; translatio impedita censetur.
- 9 Voluntas testatoris pro lege habetur.
- 10 Prescriptio tantummodo locum habet contra eum, cui ius ad illud competit.
- 11 Prescriptio longi temporis sine titulo non procedit.
- 12 Prescriptio triginta vel quadraginta annorum titulum non requirit, sed sufficit bona fides.
- 13 Prescriptio longissimi temporis aduersus eum, qui ius ad fideicommissum non habet, non procedit.
- 14 Prescriptio non currit non valenti agere.
- 15 Prescriptionem non inducunt verba statuti quantumcum, præcisa sint.
- 16 Prescriptio nulla currit filio in potestate existenti.
- 17 Alienatio facta pendente conditione fideicommissi valet, & quando non valeat.
- 18 Prescriptio una potest eodem tempore reuocari, & alia incipere.
- 19 Alienatio in prauidicium substitutorum fieri non potest.
- 20 Statutum loquens de prescriptione debitorum, qui ex conuentione obligati sunt, non extenditur ad illos, qui obligati sunt, vel ultima voluntate.
- 21 Debitor non dicitur ille, qui est fideicommissio grauitus.
- 22 Prescriptio dicitur impium presidium.
- 23 Arbitrus, qui secundum aequitatem est iudicaturus, prescriptiones attendere non debet.
- 24 Debitoris appellatione ille non comprehenditur, qui pro alio bona sua hypothecauit, vel ab alio hypothecari passus est.
- 25 Pignori qui incumbit, est magis tutus.
- 26 Debitor in diem vel sub conditione, vere debitor non est, & ideo non comprehenditur à statuto de debito re loquente.
- 27 Statutum à iure communi interpretatur, & interpretationem recipit.
- 28 Statutum si disponat, vi omnibus qui sua debita non exigunt, currat prescriptio decem annorum, ad filios familiæ non extenditur: si contra eos, qui à patre acquisuerunt, intra dictum tempus non agant.
- 29 Tenuta concessa in bonis prohibitis, alienari nō valet.

30 Decre-

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

149

- 30 Decretum secundum multo minus valet, si primum non subsistit.
- 31 Alienata res bis fit alienabilis.
- 32 Pretium restituere tenetur grauatus, qui alienauit, vel eius heres.

SExagesimotertio, quæri etiam potest in hac materia adiudicationis vel dationis in solutum, an si fortasse extet statutum inducens præscriptionem anni vel biennii, vel alterius cuiuscunque temporis substitutos in fideicommisso excludat? In hac Doctorum altercatione, stante prædicta statutatio præscriptione, ut omnino repellantur, dicendum videtur. Nam ex quo alii vocatis, & successoribus non contradicentibus, nec reclamantibus, tempus ad contradicendum & adiudicationem impediendam à statutis concessum lapsus est, satis probabiliter dicendum videtur, ut illi qui successive deinde vocati sunt, exclusi intelligentur, repugnante ipsa præscriptione: Quandoquidem clavisimum est in iure & spatio 30. annorum iuri fideicommissi, & rebus alienari prohibitis præscribi, vt inquit Paul. Castrensi in l. fin. §. fin. nu. 3. C. commun. delegat. & refert Hieronym. Grat. in consil. 21. num. 36. vol. 2. Comprobatur hæc conclusio: quia licet text. in l. fin. §. fin autem sub conditione. C. eodem tit. videatur dispositum, vt præscriptio in rebus fideicommisso subiectis locum non habeat, intelligitur tamen vt de usucaptione, & longi temporis præscriptione, loquatitur, non autem longissimi temporis: Nam si recte animaduertatur, usucaptionem & longi temporis præscriptionem includere videtur: propterea quod cum unum neget, alterum permettere videtur. cap. nonne. extra de præscript. & l. cum prator. ff. de iudic. & idem voluit Ambros. Opizo in l. filius famili. §. Ditii, num. 51. ff. de leg. l. inquietis res prohibitas alienari si alienentur, usucapi eiusve præscribi posse: cum talis usucatio seu præscriptio ab eorum negligentia proueniat, quorum causa prohibitio emanauit: Quasi cum faciant, videantur legali alienationi assentiri. l. alienationis verbo. ff. de verborum signific. & l. qui heredi. §. si pars. ff. de condit. & demonstrat. Hanc præterea opinionem, vt ipse inquit, Bart. quoque in d. §. Ditii. in penult. quæst. tenete videtur. Comprobatur Opizo eodem in loco, num. 52. quia & res quæ non seruata quadam forma alienari prohibita est, ea accedente forma alienari potest, eique præscribi, vt voluit Iacob. de Rau. Bart. & alii in l. fin. C. in quibus caus. in integrum restit. non est necessar. & notat Bald. in l. 1. colum. 8. C. de seru fugit. Sed sic est, quod res prohibita alienari accedente forma, illorum scilicet consensu, quorum causa prohibitio facta est, alienari potest, d. §. si pars, cum similibus supra deductis: Merito vt & usucapi possit eique præscribi, dicendum est: & ideo si iure communi longissimi temporis spatio, triginta scilicet annorum iuri fideicommissi & rebus alienari prohibitis præscribi potest, vt etiam statutaria quavis præscriptione ius fideicommissi tollatur pariter necesse est, cum succedant 3 præscriptiones statutariæ & in earum locum, quæ à iure communi introductæ sunt, vt inquit Paris. in consil. 169. num. 12. vol. 4. per ea, quæ voluit Bald. in l. in contractibus, in principio, in primo notabil. C. de non numer. pecun. & in l. fin. C. de tempor. in integr. restit. & Felin. in cap. illud, col. 2. extra de prescription. & Ias. in l.

nemo potest, colum penult. in secunda lectura, ff. de legat. 1. Præterea in his terminis optime facit illud, quod voluit Paul. Castrensi in consil. 301. num. 1. vol. 2. Vbi cum de quadam sola loqueretur, eam vult à vendicatione bonorum alienatorum non obstante prohibitione lapsu temporis ex forma statuti præconiis expressi atceri per text. in l. si eo tempore. C. de remission. pignor. & in cap. cum in tua, extra qui matrim. accusa. poss. Subditque & huiusmodi præconia ignorantibus quoque, exceptis casibus à statutis expressis, comprehendere. l. fin. C. de rescript. longi tempor. iuncta l. nam quod. §. fin. ff. de pecul. legat. vbi exceptio, vt supra etiam diximus, firmat regulam in non exceptis. Comprobatur præterea (ni fallor) optimæ conclusio nostra ex eo, quod passim dici solet, res fideicommisso subiectas, si ab ignorantibus fideicommissum in pariter ignorantem alienentur, alienationem ipsam non obstante fideicommisso & alienationis prohibitione subsistere: & ita subsistere, vt substitutis quoque præiudicium afferrat, vt est text. in l. finali. §. finali. ff. de legat. secundo. Vbi inquit Iureconsultus, vxor vt præmium restituat fideicommisso grauata, si iuste ignorans prædictum verididerit, emptorem tutum esse, & contra eum agi non posse: quietum textum notat Bart. & Doctores communiter valde commendant. Hanc præterea conclusionem firmavit Benedictus Capra in consilio 93. numero 1. & rursus idem Castrensi in consilio 94. numero 1. volumine 2. cum multis aliis. quæ breuitatis causa prætermittimus. Si igitur huiusmodi alienatio subsistit, illud consequens est, vt suapte natura earum rerum alienatio non impediatur: & ideo vt præscriptio in huiusmodi bonis fideicommisso subiectis & alienari prohibitis locum habeat, inconueniens non est, cum natura ipsius actus & substantia, ipsi alienatione non repugnante. Hæc sane licet, vt omnibus substitutis negligentia eorum quibus ius fideicommissi tempore dationis in solutum competebat præiudicet, satis probabiliter & concludenter suadere videuntur: contrariam tamen opinionem veriorem & probabiliorem esse censeo. Pro eius igitur faciliori ac clariori declaratione in primis præmittendum est, alienationem & contra prohibitionem factam ipso iure nullam esse, & ob id dominii translatiōinem impediti, vt inquit Hieronym. Grat. in consil. 17. num. 16. vol. 1. & Benedictus Capra in consil. 126. nu. 7. per ea, quæ notantur in d. §. Ditii. vbi tradit Bart. & in d. l. sita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. & in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. delegat. 3. & in cap. Raynaldus, vbi Ioan. Andr. extra de testam. Nam præscriptio multo mitius quæ alienatio prohibita est, vt inquit Ruini. in consil. 75. num. 8. vol. 1. per ea, quæ notantur in l. vbi lex, in princ. ff. de usucap. vbi Bart. in specie de alienatione à statuto prohibita loquitur, & cum eo transiunt communiter: & Angel. in l. 1. C. de præscript. longi tempor. & Socin. senior in consil. 26. num. 44. vol. 2. & pluribus exemplis comprobat gloss. in d. l. alienationis verbū. ff. de verborum signific. & habetur in l. 2. ff. de usucap. pro empto. Prohibita enim alienatione non solum simplex alienatio prohibita censetur, sed etiam obligatio & hypotheca, l. fin. C. de rebus alien. non alien. vbi tradunt Doctores & declarat Bart. in l. quorum. ff. de pignor. & tradit Ias. in l. fin. colum. 26. C. de iure emphyteut. & refert Socin. junior in consil. 119. num. 5. volum. 2. Plane cum ad ipsum alienandi actum deuenitur, & domini-

nium 7

nium in fideicommissarium in casu alienationis
vocabatum transfertur, *i. quidam in testamento ff. de fideicommiss. liber.* & declarant Bar. Alex. and. Ias. Ruin. &
omnes alii Sribentes in d. l. filius familias. §. Diui. ff. de
leg. i. & rursus idem Hieronymus Grat. in consil. 2. num.
9. volum. 2. & Aret. in consil. 21. num. 1. Et ideo dixit
Corne. in consil. 25. 8. nu. 12. volum. 1. ob id quod pro-
hibita sit à testatore + alienatio, dominii transla-
tionem impediri: quoniam non aliter ac si ab ipsa
lege prohiberetur, alienatio nulla est. *I. fin. C. de reb.*
alien. non alien. & *l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2.* &
l. pater. §. quindecim. ff. de lega. 3. cum voluntas testato-
ris + pro lege habeatur. §. disponat, in Aut. de nupt. &
id apud omnes exploratum est, vt etiam asserit
Thom. Grammat. in decif. 93. num. 1. 2. 3. & 4. volum.
i. per text. in d. l. fin. C. commun. de lega. & ponunt Sribentes
omnes in d. l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. i. Vbi
vltra alios inquit Ambros. Opizo id tunc potissimum
locum habere, cum testator alienationem
prohibendo, vt ex tunc alterius quæsitum sit, ca-
uet ac disponit, prout etiam consuluit Laurentius
Calcaneus in consil. 8. & id adeo verum esse arbitra-
tur, vt ipsemet, qui bona alienari prohibita contra
voluntatem defuncti alienauit, alienationem quam
fecit, reuocare possit, vt voluit Bart. quem sequun-
tut Sribentes in l. post mortem. ff. de adopcio. & Paul.
Castr. in d. l. fin. C. commu. de lega. propterea quod
contra legem factum est, vt inquit etiam Alex. in consil.
93. vol. 2. & Bal. iterum in l. quoties, la prima, C. de fi-
deicommiss. & nos supra de iis adjudicationibus, que
non subsistunt loquentes late diximus.

Stante igitur huiusmodi præsupposito, non ob-
stant, quatenus pertinet ad rem propositam, ea
quaç paulo ante pro contraria opinione deduxi-
mus: & in primis illud, quod de præscriptione sta-
tutaria obiectum fuit: Nam animaduertendum est
præscriptionem + aduersus eum tantummodo lo-
cum habere, cui ius ad illud competit, cui præscri-
bitur: & ideo vt rem ipsam perstringamus, posito
vt præscriptio longissimi temporis, non autem
longi in rebus fideicommisso subiectis locum ha-
beret, vt est tex. in d. l. fin. §. fin autem sub conditione. C.
commu. de leg. quaç cum generaliter loquatur, gene-
raliter iatelligenda est, *l. i. §. & generaliter ff. de legat.*
prestan. & c. si Romanorum, 19. distincio. & *l. de pretio.*
ff. de publicia. Et id, quod inde percipitur, satis ex ea
lege concludenter apparete dicendum est, cum
tex. ille pro ratione præmittere videatur venditio-
nem pro non facta haberi: at sine titulo + longi
temporis præscriptionem non procedere certum
est. *l. diutina. cum similibus. C. de longi tempo. præscrip-*
tio. vt declarat Corne. in d. consil. 117. num. 12. volum. 1.
Præterea hanc opinionem firmavit etiam Ambro-
sius Opizo in d. l. filius familias. §. Diui, num. 53. ff. de
leg. i. *authoritate Alex. in consil. 60. volum. 3.* eadem
motus ratione, quod in præscriptione longi tem-
poris titulus requiratur, iuxta text. in l. nullo, C. de
rei vendica. Vnde cum resistente prohibitione testa-
toris, titulus alienationis sit nullus, vt in d. §. Diui, &
in d. l. cum pater. §. Julianus Agrippa. ff. de leg. 2. mirum
non est, si præscriptio longi temporis locum non
habet: ob id tamen vt præscriptio + 30. vel 40. anno-
rum, in qua regulariter titulus non requiritur,
impeditur dicendum non est, sed sufficere bo-
nam fidem. c. i. de præscriptio. in 6. & notatur late
& copiose in c. si diligenti, extra de præscriptio. bo-

nam autem fidem longi temporis possessio indu-
cit. *l. 3. §. si seruus. ff. de acquirem. possess.* & notat Innoc. in
c. fin. extra de integr. restit. & habetur in l. fin. C. vnde
vi. & præsentim Bart. ibi in si. & Ioan. And. in additio. ad
Speculat. in tit. de testibus, §. nunc videndum, in additio.
magna, in versic. item opponitur. & Bal. in repetitione l. i.
in 4. colum. C. vnde vi. & Ang. in l. penult. C. quibus non
obst. longi temporis prescribi. & Ant. a Butrio in e. cum ec-
clesia, col. fin. extra de cau. possess. & proprie. & Abb. Pan-
nor. in d. c. si diligenti. Et licet Aymon Crauet. in consil.
67. in si. hanc conclusionem firmare ausus non sit,
hæc tamen præscriptio + longissimi temporis, ad-
uersus euin, qui ius ad fideicommissum non habet,
non procedit. Et ideo inquit Hierony. Grat. in consil.
101. nu. 42. vol. 2. præscriptionem aduersus alios sub-
stitutos, quorum dies adhuc non venit, locum non
habere: & ideo antequam agere possint non cur-
rere, cum quælibet præscriptio antequam dies ve-
niat, vel conditio existat, currete non incipiat, *l.*
cum notissimi. §. illud autem. C. de prescript. 30. vel qua-
draginta annorum. Quo fit vt si qua præscriptio
contra præcedentes substitutos, qui agere poten-
tiant, decursa sit, aliis deinde substitutis no noceat,
sed illis tantum qui agere poterant, & rem tueri o-
misentunt. Ratio autem ea ad id adduci posse vide-
tur, quod ex persona præcedentium no admittun-
tur, sed ex sua propria, vt notant omnes in d. l. filius-
familias. §. Diui. ff. de lega. i. ubi Crotus distinguat col.
44. dicendo quod ex quo nepotes post mortem
prædecessorum suorum vocantur, & ideo ante eo-
rum mortem agere non possunt, eis præscriptio-
nem cum suis prædecessoribus inceptam, & for-
tasse completam non obesse, ob id quod contra
eos non currat, vt est regula vulgatissima, + qua di-
cimus præscriptionem non valenti agere non cur-
rere. *l. i. C. de anna. exceptio.* cum illis, qui agere non
possunt, nulla scribi possit negligentia. Et ideo di-
xit etiam Cur. iunior in consil. 181. nu. 4. & 6. prædictis
nullam præscriptionis exceptionem obici posse,
propterea quod ad ullum actum explicandum, an-
tequam actus explicari incipiat, præscriptionis
tempus non labitur. *l. si in die. ff. de cond. & demonstra.*
Et eam subdit esse rationem, quod verba + statuti
quantumcunque ad præscriptionem inducendam
præcisa sint, ob id tamen non sit, vt non valenti agere
currat præscriptio, vt notavit Bal. in authen-
ni triennale, C. de bon. mater. & ideo dicitur in d. l. i. C. de
anna. except. filio + in potestate existenti viuente pa-
tre præscriptionem nullā currere. Et Ruin. in consil.
23. num. 13. vol. 5. censuit, quod licet alienatio + pen-
dente conditione fideicommissi facta subsistat, d. l.
fin. §. fin autem sub conditione. C. commu. de legat. si tam-
en hæres ita grauatus sit, vt alienare expresse pro-
hibeatur, eam pendente quoq; conditione non va-
lere, vt voluit Castr. in d. l. filius familias. §. Diui, in
versic. in tex. ibi, secundum eum, ff. de leg. i. subdens le-
gatum tunc seu fideicommissum conditionale pu-
rum effici, propter tacitam legis, & expressam ho-
minis prohibitionem. Hanc præterea conclusio-
nem optime declarat Paul. Castr. in consil. 158.
num. 3. volum. 2. dum censuit vnam præscriptionem
+ eodem tempore reuocari, & alteram incipere 18
posse. Id autem tunc accidere potest, cum grauatus
qui alienauit rem restitutioni subiectam tem-
pus saltem 30. vel 40. annorum labi passus est,
quandoquidem in eo casu aduersus eum, vt supra
diximus,

De Executionibus, Tractatus. §. 4. 251

diximus, præscriptionem inductam esse dubium non est: ea tamen à successore vocato reuocari poterit, & res à possessore vèdicari, contra quem si & ipse quoq; emptorem possidere patiatur, alia præscriptio incipiet, & eodem tempore, nisi antea vindicet, percipietur: Quæ etiam ut de præcedenti diximus à sequenti substituto reuocari & vendicari res alienata poterit: Cum illud certum sit non valenti agere præscriptionem non currere, vt dixit etiam rursus Paul. Castren. in consil. 24. num. 1. vol. 2. Iatius hoc idem prosecutus huic conclusioni adhæret etiam Socin. senior in consil. 7. num. 6. vol. 3. in præiu-

19 dictum inquiens substitutorum alienationem tñ fieri non posse, per text. in l. Marcellus. §. res qua. ff. ad Senatus consult. Trebellian. licet secus sit in præiudicium venientium ab intestato. Et idem voluit Socin. iun. in consil. 181. num. 91. vol. 2. ex ea inferens tanquam nota & indubitate, vt ibi attestatur conclusione, ea quæ in iudicium deducuntur: & ideo concludit, quicquid in iudicio aduersus prædecessores aëtum sit, successoribus non obesse, & Gratius quoque idem in consil. 106. num. 14. vol. 2. sequitur. Vnde dixit Paris. in consil. 9. num. 89. cum sequent. vol. 2. bona fideicommissio subiecta hæredi grauato perpetuo & irreuocabiliter quæsita non censi. Patet igitur hucusq; præscriptionem in rebus fideicommissio subiectis hoc modo declarari, vt scilicet longi temporis præscriptio nunquam locum habeat, longissimi autem 30. vel 40. annorum aduersus bona restitutioni subiecta currere penderiteque conditione induci, & si successoribus non noceat, id quod aliter sese habet, si alienatio expresse prohibita sit, & præsertim si priuationis pena adiiciatur. Propterea quod talis præscriptio statutaria nō currat non valenti agere, videlicet ante ut dicunt Doct. purificatum fideicommissum, ex quo nondum est nata actio, tradit Alexand. in consil. 106. vol. 5. & Baldus in consil. 202. vol. 2. Negusantius in tract. de pignor. & hypoth. in 3. membro, 5. part. princ. num. 9. & Decius in consil. 519. num. 3. versic. ex iis. vbi ius agendi creditori reseruatum esse præsupponit infra tempus à die purificati debiti: Et ideo ut prius agere non possit concludendum est, & ideo quod quando pena adiecta est præscriptio locum non habeat & incipere non possit, sed statim in substitutos & vocatos dominium transferatur, vt ex iis, quæ supra deduximus, apparet, omnino dicendum est, nec inspeccio comuni iure de hoc dubitandum est: sed tota difficultas in præscriptione à statutis inducta consistere videtur. In qua idem dicendum est, & præsertim quando de debitoribus simpliciter &

20 absolute loquuntur, tñ qui ex conventione obligati sunt, non autem ex fideicommisso, vel ultimis voluntatibus. Patet id ex pluribus, & primo, tñ quia grauatus non dicitur debitor: Ergo huiusmodi statuta in terminis debitorum locum non habent. Quod autem fideicommissio grauatus debitor non dicatur ex eo patet quod fideicommissarius hæredi grauato non succedit, sed testator. l. cohæredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupil. Vnde est, vt supra diximus, quod grauatus bona fideicommissio subiecta perpetuo & irreuocabiliter non acquirit: & ideo cum huiusmodi statuta, vt presupposuimus, de credito & debitore loquuntur, in hæredem grauato locum habere non debet, & præsertim cu' n omnes præscriptiones odiosa sint, vt inquit Langel. Polyt. in con-

sil. 228. num. 267. inter consil. Socin. iun. in 1. volum. cum repugnant iuri naturali. l. nam natura. ff. de condicione. indeb. Accedat etiam quod tñ præscriptions im- 22 piuum præsidium continere dicuntur, vt est text. in §. habet, col. 2. in Authent. vt eccl. Roman. & tradidit Alexand. in consil. 77. viso processu, col. 1. versic. secundo respondeo, vol. 6. & ideo contra rationem dicuntur. Vnde Angel. in l. sequitur. §. si viam. ff. de ysucap. inquit arbitrum tñ qui secundum æquitatem est iudicatu- 23 ri, præscriptions attendere nō debere. Cum igitur in propositis terminis statuta de creditoribus conuentionalibus non loquantur ad eos quoq; extendi non debent: Nam præscriptio ad unum casum inducta, ad alium extendenda non est, vt probatur in cap. auditus, extra de præscript. ybi notant Doctores, & præsertim Felin. col. 9. & voluit Innoc. in c. dilecto, col. penult. extra de offic. archidiacon. & Paul. Castr. in l. de quibus, col. 1. & 3. ff. de legibus, & refert Paris. in consil. 114. num. 23. vol. 1. Cum igitur præscriptio naturaliter odiosa sit, & non ininius statutum quod eam inducit, quando etiam statuta prædicta de præscriptione fideicommissi quod non est, loquerentur, restringi, non autem ampliari deberent, cum odia restringenda sint, non amplianda, cap. oda. de regul. iur. in 6. & tradit Dynus in cap. possessor, col. fin eodem tit. & lib. 6. & sequitur Hieronymus Grat. in consil. 6. num. 26. vol. 1. Et ideo dixit Saly. in l. 1. ff. si cer. pet. eu' qui pro aliо bona sua hypothecauit, vel ab aliо hypothecari passus est, debitoris appellatione tñ non comprehendendi. Et ideo infert ad statutum disponens, debitores posse ad instantiam creditoris carcerari, eos non comprehendere, qui bona sua pro aliо hypothecauit, vel ab aliо hypothecari passus est: id quod in eo proculdubio locum habere arbitratur Ludo. Bolog. in Rub. ff. si cert. pet. num. 25. qui pro aliо actualler, vt ita dixerim, rem suā pignori dedisset, propterea quod talis vete debitor dici non potest, nec debet. Nec ille qui pign' accepit inspecto pignore creditor, cum eius fidem aliquo modo sequitus nō sit, sed pignori tñ pótius incumbere voluit, cum 25 eo casu sit magis tutus: & cautiū sit incumbere rei quā persona. l. plus cautionis. ff. de reg. iur. Idem quoque dicitur de debitore tñ in diem, vel sub condicione: Qui vt tradit Bart. quem sequitur Alexand. & alii in l. 1. ff. si cert. pet. at. non est verus debitor, & ideo non compellienditur à statuto de debito loquente, vt inquit Bart. in l. Lucius. §. quæsum. ff. de legat. 3. & refert Iacob. Niger in d. l. 1. num. 80. ff. si cert. pet. at. Cum igitur hæres grauatus debitor (vt diximus) nō dicatur, merito statuta supra relata locum habere non debent de præscriptione loquentia: & id eo magis procedere dicendum est, vbi extaret statutum disponens, vt fideicomissa quoque vñ uersalia hæreditate etiam ab hærede de restituendo grauato non adita executionem habeant, vt voluit Paul. Castren. in l. restituta, num. 3. ff. ad Trebellian. dum inquit nō nullis in locis statuta reperiri & existere disponentia vt restitutio non requiratur, vt ipse dixit in consil. 55. Bona de quibus, vol. 1. & si id videatur contra text. in l. si mulier. §. ex affe. ff. de iure dot. & in l. apud Julianum. §. vtrum, & in d. l. restituta. & in l. seruo inuito. §. fin. ff. ad Trebellia. Imo etiam vt non adita hæreditate paratam executionem habeat, & ex cōsequenti recta via & ipso iure mortuo hærede bona fideicommissio & restitutioni subiecta ab hæreditate grauata euulsa censcantur, nō secus ac in casib.

in quibus de iure communi restitutio necessaria non est. *I. sancimus. C. ad Senatus consult. Trebell.* dum igitur iura utilia ipso iure in vocatum translata fint, ut in casibus à iure communi expressis, de quibus tradunt Doct. in l. 1. §. sed & quoties, & in l. restituta. *ff. ad Senatus consult. Trebellia. & in d. I. sancimus. §. cum autem. C. eod. tit.* vt debitor nullo modo dici possit, concludendum est: & præsertim si verba statutorum contractibus & conuentionibus magis conueniant, quam ultimis voluntatibus vel restitutonibus. Verum pro clariori intelligentia, non est etiam omittendum, quod quando talia statuta de præscriptione loqueretur, adhuc etiam quod non obstante dicendum esset: quia ut supra dictum est, cum præscriptiones statutariae loco præscriptionum iuris communis subrogentur intelligendum est, vt in illis casibus locum habeant, in quibus de iure communi procedunt, licet illud à statuto accipiant, ut breuiori spatio perficiantur: & ideo cum de iure communi aduersus substitutos & in eorum præiudicium locum non habeant, nec inducantur, pariter nec statutaria præscriptio in eodem casu locum habebit, quo sit ut in terminis nostris cum agatur de substitutis postea vocatis non procedat. Hæc conclusio pluribus comprobatur: & primo, quia ut supra diximus, cum præscriptio sit odiosa, & multo plus ipsa statuta, cum breuiori spatio, id quod potissimum iuri communi repugnat, merito utrumque scilicet præscriptiones & statuta de eis loquentia restringi debet. Secundo, quia talia statuta à iure communi interpretationem recipiunt. *d. I. si serui vestri. C. de noxali. & I. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de munere. & honor. & notatur in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. & in cap. cum dilectus, extra de consuetud. & facit illud, quod notat Bald. in cap. si quis per 30. col. fin. in tit. si defud fuer. controuersi, inter domin. & agnat.* Vnde Alexand. in consil. 119. num. 6. vol. 6. his rationibus interpretatur statutariam præscriptionem minoribus non currere, addens l. fin. cum ibi notatis per Bart. in fin. C. in quib. caus. in integrum restit. non sit necessar. & est glos. & ibi tradit Bald. in cap. 1. §. porro, in verbo, triginta annos, in tit. qual. olim feud. poss. alien. & tradit Bart. in l. etiam. *ff. de minor.* Et ideo dixit Bald. si extet statutum disponens omnes, qui sua credita non exegerint, decem annorum præscriptione repell, huiusmodi statuto filios familias non comprehendit, si contra eos, qui à patre acquisuerunt infra dictum tempus non agant. Possemus prædicta multis comprobare, quæ breuitatis causa omittuntur. Illud tamen prætereundum non duximus statuta locorum vbi cunq; non simpliciter præscriptionem inducunt, sed ad instar iuris communis procedunt, eam ad eos casus tantum restringendo, in quibus de iure communi procedit, & breuiori temporis spacio coarctando illosque casus quos de iure communi non comprehendit excipiendo, secundum ius commune intelligenda esse: & ideo tunc præscriptionem locum non habere, vbi de iure communi non procedit. Poteſt etiam addi huiusmodi statuta de datione in solutum valida loqui, non autem de nulla, ut videtur in terminis propositis: cum ut supra dictum est, ob ipsam alienationem dominium ipso iure substitutum & successive vocatum transferatur: quo sit ut datio in solutum non valeat, ut inquit Ruin. in consil. 123. num. 14. vol. 2. vbi plura dedu-

cit. Præterea quod tenuita concessa in bonis alie- 29
nari prohibitis non subsistat, tradit etiam Bald. in au-
thent. res que, num. 28. versic. quero, nunquid de bonis.
*C. de bon. author. iudic. possid. & in consil. 257. dicta tenu-
ta versic. secundo quero, vol. 4. & rursus idem Ruin. in
consil. 87. super eo, num. 8. vol. 4.* Si igitur primum
decretem tenuit non subsistit, certe secundum multo 30
minus subsistere dicendum est, cum tunc bona de
fideicommisso & familia contra testatoris volun-
tatem extrahantur, authent. multo magis. *C. de sacro-
sanct. ecclæ.* Accedat etiam supradictis, inde colligi
prædicta statuta de huiusmodi præscriptione in-
telligenda non esse, quod prohibitio alienationis,
de qua leges communes ita exacte loquuntur, &
obseruant ita inuiolabiliter voluerunt, ut solum in
casu dotis aliter dispositum sit, authent. res que. *C. com-
mun. delegat. elusoria* esset, si tam breui spatio ei
præscriberetur: Quod quidem nullo modo dicen-
dum est, ut inquit Hieronym. Grat. in d. consil. 10.
num. 43. vol. 2. & respondet ad illam regulam quod
duplex alienatio noceat substitutis: quia res bis aliena-
tata alienabilis efficiatur, locum non habeat, quan-
do facilime testatoris dispositio elusoria reddere-
tur, ut est in casu nostro. Nam plerunque cum fiant
fideicommissa sub conditione morris, quo casu in-
terim pendente conditione valet alienatio, ut no-
tatur in d. authent. res que. *C. commun. delegat.* plane
si interim alienaretur, subsisteret prima alienatio:
Vnde si secunda tenuit sequeretur, id quod facile acci-
dere posset, res alienabilis efficeretur, & de fidei-
commisso contra testatoris voluntatem extrahe-
retur. Ne igitur id accidat, permisumque sit, vo-
catis & substitutis ad libitum bona eximendo à fi-
deicommisso, voluntatem testatoris elusoriam red-
dere, semper ea interpretatio capienda est, ut dis-
positio elusoria non reddatur etiam à regulis iuris
recedendo, ut est gloss. & ibi declarant Doctores in cap.
quamquam, de vñsur. in 6. & voluit Alexand. in l. 1. col.
10. in princ. ff. de verborum obligationib. Et ita verum
est, ut voluerunt Doctores in locis supra deducatis,
ut dispositio odiosa & penalis loquens in uno ca-
su, ad alium ne elusoria reddatur, extendenda sit,
multo igitur magis id in casu proposito dicendum
est: quandoquidem si statuta, de quibus supra hu-
iusmodi præscriptiones inducerent, grauati quoti-
die vbi æ alienum contraherent bosa fideicom-
missis & restitutionibus subiecta in solutum con-
tra expressas testatorum voluntates darent. Non
obstat etiam illud, quod de alienatione ab ignorante
in ignorantem facta dictum fuit: nam licet tunc
propter bonam virtusq; partis fidem, id quod non
est in proposita quæstione, alienatio non retracta-
retur: grauatus tamen vel eius hæredes, pretium 32
quod acceperunt, legatariis vel fideicommissariis
restituere tenentur, ut est text. in d. l. fin. §. fin. ff. de le-
gat. 2. Quin' mo dixit Paul. Castren. in d. consil. 94.
num. 1. vol. 2. incipiente, ego alias dixi & dico. si grau-
atus vel eius hæredes soluendo non essent, & ideo
pretium restituere non possent: posset tamen ad-
huc talis alienatio retractari: quandoquidem ma-
gis conuenit emporem quam legatarium vel fi-
deicommissarium substitutum damno ac præiudi-
cio affici, ut est text. expressus in l. plane, si filium. §.
primo, incipiente, qui rogatus, in fin. ff. de legat. 1.
Et ex his hanc conclusionem satis subsistere exi-
stimaui.

De Executionibus, Tractatus. §. 4. 253

C A P. XCII.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum fieri potest sub conditione creditoris, non obstante præscriptione statutaria.

S U M M A R I A.

- 1 Statutum inducens præscriptionem, non procedit in creditore conditionali.
- 2 Creditor sub conditione in iudicium comparere non potest, nisi purificata conditione, cum antea actio orta non sit.
- 3 Creditor conditionalis, quomodo & quando in iudicio comparare posse.
- 4 Statutum loquens de debitore, vel creditore, de puro intelligendum est, & non conditionali, vel in diem.
- 5 Statutum loquens de habente ius in bonis in solutum dandis, intelligi debet tempore ipsius dationis.
- 6 Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.

SExagesimoquarto infertur etiam ex prædictis, statuta + præscriptionem inducentia in creditoribus conditionalibus locum non habere: ratio autem, quare à statutis prædictis non comprehendantur, est: quia ex quo actio adhuc orta non est, nec agendi via aperta, cum ante + conditionis purificationem comparere & agere non possint. l. cetero diem. ff. de verborum & rerum signific. Potest + tamen in iudicium, inisque suum deducere, & petere illud, adueniente conditione reseruari, & à Iudice illæsus reseruari debet, ut notauit Ias. in l. si stipulatus fuerim. §. si stipuler. ff. de verbor. obligat. Vnde est ut 4 statutum + de debitore vel creditore loquens, de puro, non autem conditionali vel in diem intelligendum est: nam huiusmodi, ut in præcedenti capite diximus, proprie creditores, seu debitores dicin non possunt, ut notat Bart. in l. 1. ff. si cert. pet. Vbi recentiores late tradunt: & probatur in l. si ita scriptum, vbi Bal. ff. de leg. 1. Comprobatur ex eo quod + statutum loquens de illo, qui habet ius in bonis in solutum datis, ut scilicet tempore dationis habeat, intelligendum est: Nam regula est vulgarissima, quod + qualitas adiecta verbo, debet intelligi & regulare secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. & l. Titius. ff. de testament. milit. & tradit. Bart. in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. subdit. Sed sic est, quod creditores conditionales, vel in diem, ius prælens non habent, sed futurum: Ergo à prædictis statutis comprehendendi non debent.

C A P. XCIII.

Argumentum constat ex Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Præscriptio non currit contra tertium possessorem, vel emptorem, nisi secuta euictione.

SExagesimoquinto infertur præterea ex prædictis, ad hunc casum, + utputa si alicui res sit euicta: nam cum quis de euictione antequam res euincatur agere non possit: ex quo conditionis euictio nondum extitit. l. euictis. ff. de euiction. Merito ei præ-

scriptio currere non potest, eadem regula de qua supra diximus, quod non valenti agere non currit præscriptio.

C A P. XCIV.

A R G V M E N T V M.

De præscriptione statutaria, an opponenda sit.

S U M M A R I A.

- 1 Præscriptio statutaria non secus ac iuris communis meram currit ob negligentiam non pertinentis.
- 2 Præscriptionis exceptio de iure communi non est penitus exclusiva iuris agentis, nisi opponatur.
- 3 Præscriptio actionem ipso iure non tollit, sed eam reddit inefficacem.
- 4 Præscriptionis statutariae exceptio non est exclusiva iuris agentis ipso iure, sed ita demum si opponatur.
- 5 Præscriptio statutaria contra tertium non habentem causam a præscribente opponi non potest.

SExagesimosexto quoniam de datione in solutum seu adjudicatione loquimur: merito rem propositam prosequendo de ipsa adjudicationis validationis in solutum præscriptione nonnulla ultra prædicta dicenda sunt: & præsertim + si statuta in huiusmodi præscriptionem inducentia, tempore præscriptio elapsa dicant neminem audiendum esse: Nam talis præscriptio à statutis prædictis inducta ex mera currit negligentia non pertinentis, prout etiam de præscriptione 30. vel 40. annorum à iure communi inducta dici solet, ut inquit Bart. in l. 2. §. si rem alienam. ff. de empt. & Alex. in l. fin. ff. de eo per quem fact. est. & Paul. Castren. in consil. 285. hereditas dicta puella, col. 2. & in consil. 286. alias 289. visis his, per text. in l. in contractibus, in fin. C. de non num. pecun. Vnde infertur, quod cum exceptio præscriptionis + de iure communi iuris agentis penitus exclusiva non sit, nisi opponatur, iuxta ea quæ voluit Bart. in l. 1. §. accusatore. ff. ad Senatus consult. Turpili. & Bald. in l. fin. C. de edicto diuini Adrian. tollen. & in l. cum notisi- mi, vbi notat Ang. C. de prescript. 30. annor. quibus in locis concludunt, præscriptionem + ipso iure non tollere actionem, sed eam inefficacem reddere: & ideo ut opponatur opus esse, & idem in huiusmodi statutariis præscriptionibus dicendum esse arbitrat- tur, videlicet quod ipso iure + agentis iuris exclusi- 4 uæ non sint, sed ita demum si opponantur: & ideo correlatiæ consequi existimant, + ut ea à tertio nō 5 habente causam a præscribente opponi non possit, per tex. in l. si quis emptionis. §. quod si quis. C. de prescrip. 30. annor. versic. si vero. de quo mentionem fecerunt etiam Bald. & Doct. in l. si alienam. ff. soluto matrim. Et id inde verum esse suadetur, quod mens statuentium videtur accipientibus in solutum fauere, ut post tempus ab ipsis constitutū rem vel bona sine molestia retinerent, & eo elapsa nemo audiret contra eū, qui in solutum accepissent, vel ab eo causam haberet: quandoquidē si voluissent prorsus non venientibus infra dictum tempus ius auferre, utiq; non di- xissent, non audiantur, sed amittant ius suum: Ea enim inter illa verba differentia est, quod illa nō au- diantur, iuris sui amissionem non inferunt, sed au- dientiam denegant fauore alicuius: Alia vero au- Y runt

runt omnino ius post tempus constitutum venientibus, argumento eorum quæ habentur in l. i. §. sublata. ff. ad Senatus consult. Trebellian. Accedat etiam quod si aliter prædicta statuta interpretaremur, utique iniqua & sine ratione essent, cum causa nulla afferri possit, quare in favorem extranei in solutum non accipientis, vel ab eo causam habentis ius suum domino vel possessori vel creditori ab ipsis statutis auferri debeat: & ideo huiusmodi interpretatio, quæ statuta irrationalia redderet, accipienda non est, argumento eorum quæ habentur in cap. erit autem lex, 4. distin. tum etiam, quia si eo modo intelligenterunt, ius commune magis laederetur: & ideo infertur audientiam censerit denegatam, ubique contra eum agitur, qui in solutum accepit, vel ab eo causam habentem, non autem quo ad alios.

C A P. XCV.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio statutaria in bonis in solutum datis obstant, an noceat hypothecariis, vt & dominis.

S V M M A R I A.

- 1 Statuta inducentia præscriptionem contra habentem ius in bonis in solutum datis: An noceat habentibus ipsam rem vel bona obligata vel hypothecata tantum, an vero solum dominis.
- 2 Domino vero præscriptio statutaria non nocet, quando contra eura sententia lata non est.
- 3 Statutum si disponat, vt bona creditoribus mercatorum deficientium seu decoctorum adiudicata elapsu quodam tempore eorum propria sint, & pleno iure sua efficiantur, & quod illi non audiatur, qui ea repetere vellent, quomodo intelligentur.
- 4 Statutum si tendat ad diminuendum ius tertii non angendum, non facit vt datio in solutum pro non facta habeatur.
- 5 Plus vel minus dicuntur etiam tempore.
- 6 Datione in solutum, quando de iure communi ius tertii extinguatur.
- 7 Clausula, non obstante datione in solutum, in statuto posita datione in ipsam non tollit.
- 8 Statutum iuri tertii diminutionem inducens non debet intelligi, vt augmentum inducat.
- 9 Statutum quando ius offerendi non inducat.
- 10 Actus ultra intentionem agentium quicquame efficerre non debet.
- 11 Statuta ita intelligi debent, vt quam minimum fieri potest, laedit ius commune.
- 12 Statutum si loquatur de iis, qui habent ius in re, dominus bonorum exclusus ab eo non videtur, cum non dicatur habere ius in re.
- 13 Dominus non dicitur habere ius in re.
- 14 Declaratur l. fin. C. de iure domin. impetrant.
- 15 Decretum secundum habet vim sententie definitiæ.
- 16 Sententia definitiæ standum est.
- 17 Datio in solutum de iure communi revocari non potest.
- 18 Dominus etiam dicitur habere ius in bonis.
- 19 Iuri in re & ad rem differentia.

SExagesimo septimo stantibus prædictis statutis præscriptionem inducentibus contra ius habentes in bonis in solutum datis: quæsitus fuit,

† an noceant habentibus bona illa obligata & hypothecata: an etiam veris dominis? Et quod rem hypothecatam habentibus nocere debeant, non autem veris dominis, ex eo dicendum videtur, quod veris † dominis huiusmodi præscriptio non nocet, quando contra eum sententia obtenta non est, vt videtur voluisse Felin. in cap. cum Ioannes, num. 35. vers. sic etiam consuluit. dum inquit Petrus Anchranum in consil. 270. in primo dubio, voluisse, vt si statutum † disponat bona creditoribus mercatorum deficientium seu decoctorum adiudicata, elapsu quodam tempore eorum propria & sua pleno iure efficiantur, & illi non audiatur, qui ea repetere vellent, illos tamen esse audiendos, qui bona prædicta deficientium & decoctorum non esse dicere velint. Hanc conclusionem sequitur Ruin. in consil. 123. num. 6. & 7. vol. 2. inquiens statutum † tendens ad iuris tertii diminutionem, non autem augmentum, propterea † quod plus vel minus inspecto etiam tempore dici solent. §. plus. In fit. de action. non reddit actum nullum: sed sic est, quod quotiescumque datione † in solutu de iure communi, ius tertii extinguitur, vt est, quando pendente fideicommissione res ex causa dotis in solutum datur, statutum non intendit vt ipsa in solutum datio pro non facta habeatur: Ergo & idem in casu nostro dicendum est: & ideo dixit ad eum casum non referri clausulam, † de qua in illo statuto, videlicet non obstante datione in solutum. Ratio autem vt ipse existimat, ea est, quod alioquin statutu, † quod iuri tertii vt minuat conditum est, eiusdem iuris augmentum contra tex. in l. legata. ff. de leg. 3. induceret: Nam statutum hoc nisi extaret, fideicommissarius rem in solutum datam pro restitutione dotis consequi non posset, sed statim & perpetuo penitus exclusus eset, vt habetur in d. anth. res quæ. C. commun. de legat. Ergo vi statuti etiam infra annum ad prosequendum ius suum additi non debet: nec etiam debet statutum † ius offerendi concedere, quandoquidem alioquin ius tertii augeret, contra ipsorum statutum intentionem: qui ius ipsum minuere, non augete procurarunt: Et ideo ultra † statuentum intentionem quicquam efficere non debet. l. non omnis in prim. ff. si cer. pet. & d. l. legata. Et ideo dicta clausula, non obstante, &c. ad eum casum referri non potest nec debet, in quo tertius de iure cōmuni datione in solutum penitus excluditur, ac simpliciter ab omni eius iure: sed referenda est ad alium casum, ubi scilicet ius competit in bonis datu in solutum, & illud datione in solutum, non amittit: alioquin huiusmodi statuta sumimum rigorem continerent contra illud quod dicitur, in dubio statuta † ita intelligenda esse, vt ius cōmune quam minimum laedit, & præsertim in materia præscriptionum peccatum inducentium: quo casu, vt ipse inquit, ius canonicum seruandum est: Et ideo dicendum videtur huiusmodi municipalia iura tunc locum habere, cum hypothecæ iure agitur: non autem rei vindicatione à domino ipsorum bonorum: tunc enim statutaria præscriptio obstat non videtur, & præsertim quando statuta de iis loquuntur, qui ius habent in re: tunc enim † dominus bonorum exclusus non videtur cum ius in re habere non dicatur, ex quo tota sua est, argumento tex. in l. ne pignus. ff. de re iudic. Comprobatur etiam ex eo quod inter illos diuersa ratio appetat: creditor namque qui excluditur, regressum

regressum habet contra alia bona, eique sui crediti iura remanent: id quod in domino accidere non potest, cum penitus eiusmodi prescriptione excludatur, nec contra alia bona redire possit. Et ideo mirum non est, si ius ipsius etiam reale uti hypotheca difficulter tollitur: ea præterea ratione, † quod habere ius in re, ad dominum referri non possit, mouentur quamplures alii, prout argumentatur etiam Alex. in consil. 59. in causa & lite, col. fin. vol. 5. Præterea quod dominum excludat, quia debitor non est, voluit Dec. in consil. 58. vbi in fin. inquit Florentia ita iudicatum fuisse; ob id quod possit statutum creditores anteriorem hypothecā habentes excludere, cum tempore citationis non comparuerint, nec sui copiam fecerint generalis & factae tempore dationis in solutum, nec etiā deinde infra tempus constitutum: cum id iuri consonum sit & conueniat. l. si eo tempore. C. de pign. l. si ea. C. qui accus. non pos. & tradit Alex. in consil. 6. viss. & opportune ponderatis, in fin. lib. 5. & Ancha. in consil. 6. col. 1. num. 3. & Rom. in consil. 5. & Ruin. in consil. 123. num. 14. vol. 2.

Prædictis tamen non obstantibus contrariam opinionem in veriore esse inquit Alex. in d. l. si finita. §. Julianus, per tex. in d. l. si finita. §. illud queritur, in versic. postea ff. de dam infect. dum ibi dicitur: Postea autem quam quis possidere iure dominū à Prætore iussus est, nequam locus erit cautionis obligationi, & ita ait Labeo. Cæterum inquit, nullus finis rei inueniretur, & hoc est verissimum. Et loquitur Vlpianus in eo tex. qui cum generaliter loquatur, & ratio inueniendi finis, quæ ibi adducitur, pariter generalissit, merito illud quoq. dictum generaliter intelligendum est, vt voluit etiam glo. in l. properandum. §. fin. autem reus, in verbo, audiatur. C. de iudic. & gloss. fin. in l. 2. C. vbi in rem actio. & in d. §. postea autem, in verbo, obligationi, & in cap. contingit, extra de dolo & contum. in glos. fin. & c. quoniam frequenter. §. fin. in glos. fin. extra vt lite non contest. & cum prædictis concordat Ang. in d. l. si finita. §. si plures, col. fin. vbi tenet contra Bart. in d. §. Julianus, per tex. in d. §. postea autem. Vbi dicit esse casum, & in l. à Dino Pio. §. si post aditum. ff. 14 dere iud. Respondet autem ad d. l. fin. † C. de iure dom. impetr. quod loquitur in pignore conuentionalē dato creditori vi rescripti ob id quod creditor ipsius pignoris emptorem non inueniebat: in casu autem nostro de pignore prætorio tractatur in solutam, iuxta iuris ordinem & formam dato: Idem præterea voluerunt Imola, & Paul. Castr. in d. §. postea autem. & Bald. etiam idem concludit in l. fin. in fin. C. de bonis ushor. iudic. possiden. & Saly. in authent. qui iurat, col. penult in versic. quero decimo. C. eod. tit. & Imola in l. debitoribus circa fin. ff. de iudic. vbi citat Speculat. in tit. de secundo decreto. §. iusta. versic. quid si ille redeat post venditionē. Et ex his verificatur conclusio Alex. quod verior & magis communis sit hæc opinio, pro qua deinde Alexand. in d. §. Julianus, in fin. ex eo comprobatur, quod secundum † decretum vim sententiæ definitiæ habeat, vt voluit Bald. in l. cum & minores. in princ. C. si aduers. rem iudic. & in l. 2. §. si absens, col. 10. ff. si ex noxa. causa agat. cum simil. & tradit Alexander. in l. 1. in verbo, possessionem. ff. de iuris d. omn. iudic.

15 16 Cum igitur definitiæ sententiæ vim habeat, † illi standum est, l. 1. C. dere iudic. & cap. ad consultacionem, extra dere iudic. Et ideo est conclusio, vt de iure communi datio † in solutum retocari nō possit. l. successores. C. de solution. Quemadmodum enim

venditio semel facta interueniente etiam rescripto Principis rescindi non potest, l. de contractu. C. de rescind. vendit. ita vt si quispiam pretium etiam duplicatum inuito emptore restituere velit, non audiatur. l. non est. C. eod. tit. Idem quoq; de in solutum datione dicendum est, quæ vt supra sepe diximus, venditioni similis est. l. fin. ff. ex quib. caus. in possess. eat. & l. si predium. C. de euiction. & notat. Bart. in l. l. §. cum predium ff. de pignor. & facit illud, quod notat Bart. in l. libera. C. de sentent. & in l. eleganter, in princ. ff. de pignor. action. & tradit Aret. in consil. 160. longa est ista consultatio, col. 5. versic. venio ad quartum. Et tunc non est vis inter opinionem Bart. & aliorum, qui ei contradicunt, quando datio in solutum longo temporis spatio confirmata fuit. Nec obstat debet, quod huiusmodi statuta quando hypothecaria agitur restringenda sint: nam hoc nequaquam verum est, cum vt supra dictum est, huiusmodi statuta generaliter de habetibus ius in bonis loqui proponatur, quo casu eorum verba in domino † quoque locum habere & verificari intelliguntur, vt habetur in d. l. bonorum. §. in bonis. ff. de verb. sign. Vbi expresse dicitur in bonis nostris non solum ea esse, quæ dominii nostri sunt, sed etiam quæ bona fide à nobis possidentur: id quod comprobatur tex. l. rem in bonis ff. de acquiren. rer. domin. tum etiam quia dominium dicitur ius libete de re corporali disponendi, vt notat Bart. in l. si quis. §. differentia. ff. de acquiren. possess. Ergo verbū statutorum de habentibus ius in bonis in solutum datis loquentium, in dominis quoque verificari videntur, quam conclusionem sequitur quoque est Decius in consil. 522. & in consil. 147. num. 4. vbi ponit † differentiam interius in re, & ius ad rem.

C A P. XCVI.

A R G U M E N T U M.

Præscriptio statutaria biennii vel alia an interrumpatur citatione, vt litis contestatione.

S V M M A R I A.

- 1 Prescriptio statutaria, an interrumpatur citatione, an requiratur litis contestatio vera vel ficta.
- 2 Prescriptionis tres sunt species.
- 3 Prescriptio quadam est, quæ suapte natura currit, vt sunt prætoria annales, qualis est redhibitoria, quanto minoris & similares.
- 4 Prescriptio quadam est mere favorabilis.
- 5 Prescriptio quadam est mixta.

Exagesimo octavo quærint etiam in hac materia Doctores nostri, † an præscriptio statutaria cuiuscunque temporis sit, vtputa annalis, biennii, triennii, vel decennii sola citatione interrumperatur, an vero litis contestatio vera vel ficta requiratur? Pro facilitiori declaratione huius questionis præmittendum est, † præscriptionum tres esse species: aliae enim sunt mere favorabiles, aliae mere odiosæ, aliæ vero mixta, vt habetur in l. fin. in fin. vbi gl. declarat. C. de editio diuini Adrian. tollen. in gloss. versic. ex una parte, cum gloss. sequent. in versic. ex vitroque. & ibid. Bart. & alii, & habent Canonista text. expressum & notabilem in cap. placuit, il 2. §. potest, 16. q. 3. & refert Ias. in §. paenales, nu. 125. Instit. de action. vbi etiam inquit,

3 quandam esse præscriptionem quæ suapte natura currit, ut sunt prætoria annales, ut est redhibitoria, quanto minoris & similes, & has inquit interrumpi litis contestatione vel datione libelli principalis, quod idem est l. i. & 2. C. quando libel. prin. dat. Et 4 ideo num. 23. inquit quasdam esse + præscriptiones mere fauorables, ut est vsucatio triennalis, vel alterius brevis temporis, præterea quod metu præscribentis tantum fauore propter eorum titulum & bonam fidem introductæ sunt, non petentis negligentia non inspecta: & has inquit citatione, nec etiam litis contestatione non tolli, nec interrumpi, ob id quod litis contestatione titulus & possessio præscribentis, unde prouenit talis fauor, non tollatur, & ideo in eo casu sententia necessaria est. 5 l. si post acceptum ff. de rei vendic. Quædam + præterea præscriptiones sunt mixta, quæ quidem tam fauore præscribentis, quam negligentia non petentis currere dicuntur, ut est præscriptio 10. vel 20. annorum: & in his media via eligi consuevit, ut scilicet sola citatione non interrumpatur, aut executoris missione, sed litis contestatio requiratur, ut habetur in l. more. C. de rei vendicat.

C A P. XCVII.

A R G U M E N T U M.

Præscriptio statutaria decem annorum, sola citatione interrumpitur.

S V M M A R I A.

- 1 Præscriptio statutaria decem annorum sola citatione interrumpitur.
- 2 Præscriptio quæ inducitur sola negligentia creditorum non petentium absq; facto creditoris, censetur mere odiosa, & fallit in feidis.
- 3 Præscriptio decem annorum à statuto inducta succedit loco præscriptionis triginta annorum.

R Edeundo modo ad tem propositam, & primo loco accipiendo præscriptionem statutariam + decem annorum, de qua extant statuta in tota pene Italia disponentia creditorem, qui decem annos antequam petat suum creditum labi permiserit, amplius audiendum non esse, ut refert las in l. ex hoc edito, num. 5. versic. 2. extende. ff. de eo per quem facta erit, ut sola citatione interrumpatur, dicendum censem. Hæc namque præscriptio + cum sola creditorum negligentia non petentium absque ipsius creditoris facto inducatur, & ideo mere odiosa censetur, merito ut sola citatione interrumpatur, dicendum est, ut voluerunt Bart. & Angel: in l. 2. §. si rem. ff. de vsucap. pro empt. & iterum Bart. in l. in omni ff. de diuers. tempor. præscript. & notat Bal. in addit. ad Specul. in tit. de appellat. versic. questio talis est, & Abb. in cap. illud, extra de præscript. id quod inde apparere dicit, quod + præscriptio decem annorum à statuto inducta loco præscriptionis triginta annorum succedit, & ideo non immetit eius naturam accipit: quandoquidem vbi de iure communi non præscribitur nisi spacio triginta annorum ob id, quod eadem possessio, titulus & bona fides, quæ oīnia in præscriptione decem vel viginti annos, requiriuntur, ut declarat Bart. in l. Celsus ff. de vsucap. debet etiam in ea intervenire, statutum tempus breuius fa-

cit & vult, ut decennio prescribatur, ut inquit Bald. in l. fin. C. de tempor. in integr. restit. peten. & in l. in contractibus, in princ. C. de non numer. pecun. Quicquid dixerit Imola in d. l. 2. §. si rem. & in d. cap. illud.

C A P. XCVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio vnica & non peremptoria, dummodo sit legitime facta interrumpit præscriptionem inductam ab solam negligentiam creditorum.

Secundo ampliatur prædicta conclusio, etiamsi unica + citatio & non peremptoria sit, si tamen legitime facta sit, ut inquit Angel. in l. ad peremptoriū ff. de iudic. & Ioan. Andr. & alii Canonista in cap. proposuisti, extra deforo competent. & in cap. licet, extra de offic. deleg. & in cap. venerabilis, & in cap. cum plures, eod. ist. in 6. & tradit Oldrad. Lauden. in consil. 253. & Ias in d. l. ex hoc edito, num. 6. versic. tertio extende. ff. de eo per quem factum erit. & Felin. in cap. illud, num. 9. versic. addens quod ad interruptionem, per ea qua tradidit Bald. ibi, & in authent. offeratur, col. penult. C. de litio contestat.

C A P. XCIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio quando sufficiat si fiat à iudice incompetente & non curetur, an libellus sit maleformatus.

Tertiio ampliatur + etiamsi huiusmodi citatio à iudice fiat incompetenti: sed hoc tunc verum est, cum iudicis competentis copia haberi non possit, ut inquit Angel. in l. si vacantia C. de bonycat. lib. 10. & facit text. in l. vbi absunt, cum sim. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Vnde dixit Felin. in d. cap. illud, num. 12. extra de præscript. in hoc casu curandum non esse, an libellus inepte formatus sit, per ea qua tradidit Bart. in l. accusaturius ff. ad leg. Iul. de adult. ita intelligentis gl. in d. authen. offeratur. C. de lit. contestat. Vbi idem dicit Bald. in col. fin. dicens actus nullitatem, qui ad præscriptionis interruptionem substantialis non est, interruptionis effectum non impedit respetu illius actus, qui est de substantia. Nec obstat si dicatur posita libelli ineptitudine sententiam esse ipso iure nullam, c. cum dilecti, extra de empt. & vendi. & inquit ibi Imola in col. 2. cum concordantib. Quia respondetur, remanere effectus aliorum actorum, si alioquin sint valida: quemadmodum etiam dicere solemus, perempta instantia, non perfire actus iam citatione vel litis contestatione perfectos & consumatos, ut inquit gl. in l. properandum, in verbo, iudicii. C. de iudic. & Bart. in l. cum lite, post princ. ff. iud. solui. & in l. 2. col. 3. C. de eden. & in l. 2. C. de fruct. & litio expens. & omnes in cap. causam, il l. extra de testib.

C A P. C.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I A.

- 1 Citatio sola interrumpit præscriptionem etiamsi deinde non sequatur petitio.
- 2 Præscriptionem interrumpit citatio, etiamsi non sequatur petitio.

Quarto

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

257

Quarto ampliatur, quia sola citatio † huiusmodi præscriptionem interrumpt, etiam si deinde petitio † non sequatur, ut inquit Bald. in addit. ad Specul. in tit. de except. & in versic. præscriptio contra Specul. in versic. sed nunquid hit.

C A P. CI.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

i Præscriptio interrumpi potest etiam à filio familiæ sine consensu patris, quando sola citatio sufficit.

Qvinto ampliatur ex eo † quod huiusmodi citatio & ex consequenti interruptio etiam à filio familiæ sine consensu patris, vbieunque sola citatio sufficit, fieri potest, non autem si litis contestatio requiratur, ut inquit Baldus in l. 1. colum. 2. C. qui admitti. & in dicta l. fin. §. necessitate. C. de bonis, qua liber.

C A P. CII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Præscriptio interrumpitur quando colonus conuentus denunciat domino iudicis autoritate, non secus ac si nuncius publicus denunciasset.

Sexto ampliatur prædicta conclusio, quando colonus conuentus domino iudicis denunciat auctoritate, † quandoquidem tunc ipse præscriptio nem interrumpit, non secus ac si publicus nuncius denunciasset: & id tunc locum habet, cum sola citatio ad interrumpendam præscriptionem sufficit: At secus est, vbi litis contestatio requireretur, ut voluit Bald. in l. 2. col. penult. C. vbi in rem act. & Abbas in d. cap. illud, extra de præscriptione. & latius in cap. quoniam frequenter. §. quod si super, vbi est text. & tradit gloss. & sequuntur Doctores, extra vt lite non contest.

C A P. CIII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

i Præscriptio non interrumpitur denunciatione extra-judiciali.

Conclusio supra firmata pluribus modis limitatur, & primum, ut in denunciatione † extra-judiciali locum non habeat: quandoquidem huiusmodi denunciatione extra-judiciali præscriptio non interrumpitur, ut est text. in l. si alienam, vbi gloss. & Bart. ff. de vsu cap. pro empto. & gloss. in 2. solutione, in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fact. erit. Hæc tamen conclusio sublimitatur in casu l. ut perfectius. C. de annal. exception.

C A P. CIV.

A R G U M E N T U M.

Citatio circumducta ob absentiā actoris non habet effectum interrumpendi præscriptionem.

S V M M A R I A.

i Citatio circumducta habetur pro non facta, & ideo non interrumpit præscriptionem.

ii Citatio circumducta an impediat litis pendentiam.

Secundo limitatur, quando actor qui reum citati procurauit in termino dato non comparuit: etiā † namque citatio tunc circumducitur, & ideo præscriptio non facta habetur, ita ut præscriptionem non in terrumpat. l. & post edictum. §. 1. vbi notat Bald. ff. de iudic. & iterum Bald. in d. l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fact. erit. & alius in locis, prout inquit Ias. dixisse in Rubr. ff. de in ius vocan. Vnde inferri videtur, quod si in d. l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fact. erit. actor venire impeditur, prout reus: utique in tali casu præscriptio sola citatione non interrumperetur, propterera quod etiam circumducta sufficit. Præterea quod citatio circumducta citationem non interrumpat, tenet etiam Felin. in d. cap. illud. num. 10. extra de præscript. per text. in cap. 1. de dolo & contu. lib. 6. & Bal. in l. fin. post princ. in versic. in eadem gloss. ff. de eo per quem fact. erit. & in l. post edictum. §. 1. circa medium. versic. extra quaro. ff. de iudic. & in l. 1. in princ. ff. de in ius vocan. & rursus Bal. in rub. ff. de in ius vocan. vbi plene & in l. quanvis, eod. tit. & Franc. de Capili. in d. l. 1. ff. de in ius vocan. & Lapis in d. clem. 2. vt lite pend. Ex quo enim citatum non arctat, pariter etiam non interrumpit, ut inquit Guil. de Cune. in l. sicut. C. de prescrip. 30. annor. Et id subdit Felin. in d. cap. illud. num. 11. facere ad quæstionem, de qua vidit in Rota dubitari: an scilicet in casu d. clem. 2. vt lite pendente, † citatio circumducta pendentiam litis inducat. Ex quo enim iniuria est, & citatum non arctat, pendentiam litis, sicut nec interruptionem inducere non videatur, & late ibi tradit Felin.

C A P. CV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Citatio generalis præscriptionem non interrumpit.

Tertiio limitatur & procedit, quando citatio est † specialis ad illam causam, ad quam citatur: si enim esset generalis ad respondendum in iure, præscriptionem non interrumpet: Nam licet huiusmodi generalis citatio valeat, præscriptionem tamē non interrumpit, ut inquit Bart. in l. fin. C. de annal. except. & Bald. in addit. ad Speculat. in tit. de appellat. versic. quæst. talis est, & Oldrad. Laud. in cou. fil. 254.

C A P. CVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Citatio in causa ciuili, non autem in criminali præscriptionem interrumpit.

Quarto limitatur in causa criminali: quandoquidem illud quod dicitur, † quod citatio in terrumpit præscriptionem, procedit & locum habet in causa ciuili, non autem criminali, ut inquit Bald. in d. l. ex hoc edicto. ff. de eo, per quem fact. erit. & in addit. ad Speculat. in tit. de citation. in versic. nota quod in criminali & in l. 1. C. quando libel. princ. dat. De hoc videoas Bart. in l. mariti. §. quinquennium. ff. ad leg. Iuliam de adult. & in l. mulier. ff. de vsu cap.

C A P. C VII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio interrupit præscriptionem, quando facta est iudici relatio, vel in actis redacta.

QVINTO limitatur, ut procedat conclusio, quam supra firmauimus: tibi vbiunque à nuncio iudici relatio facta est, vel in actis redacta, alioquin citatio præscriptionem non interrupit, ut voluit Petr. Anch. & sequuntur alii in clem. 2. ut liceat pendere. & in specie tradit Alexand. in d.l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem facta erit.

C A P. C VIII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio nulla non interrupit præscriptionem etiam si citatus compareat.

SEXTO limitatur præcedens conclusio, si citatio nulla sit: nam ea præscriptionem non interrupit. l. si pater, vbi gloss. & Bald. tradunt. C. ne de statu defunct. & Ludouicus Roman. in l. 1. vel 3. ff. de eo, per quem facta erit. ut puta exempli gratia, si citatus quis fuerit die feriata, ut inquit Castren. in l. 1. §. 1. ff. de fer. Vel etiam si sine iudicis mandato facta sit, ut voluit Bartol. in l. 1. per illum text. C. de iure domin. impetrant. & latius in l. nemini, vbi alii eum sequuntur. C. de exhibend. reis. & in l. si finita. §. Julianus, vbi omnes tradunt. ff. de damno infecto. & Canonista in cap. 1. extra de iudic. prout etiam de libello incepto ait Bart. in l. accusatur, per illum text. ff. de accusation. & Bald. in l. nec quicquam. §. 1. ff. de offic. procons. & lega. & Ias. in d.l. ex hoc edicto, num. 6. limita 6. ff. de eo per quem facta erit. & tradit late Felin. in d. cap. illud, num. 12.

C A P. C IX.

A R G V M E N T U M.

Citatio quoq; nulla præscriptionem interrupit, citato comparente.

S V M M A R I A.

- 1 Citatio spontanea comparitione conualidatur.
2 Statutum si disponat ut à die citationis usque ad certum tempus iudex debeat aliquid facere vel obseruare, si citatio non interueniat, partis præsentia idem operatur cum debita cunctatione citati.
3 Præsentia partis idem efficit, quod citatio.
4 Conuocatio inepta illorum de vniuersitate non nocet, si ob illam numerus sufficiens congregetur.
5 Citatus inepta si dat procuratorem ad eam causam citationem sciuisse videtur, ita ut deinde procuratorem citare sat sit.
Libellus etiam ineptus datus presenti in iudicio & non citato, interrupit præscriptionem.
6 Citatio licet perpetuat iurisdictionem fallit tamen

vbi partes communi consensu ad iudicem, ut eundem expensas accedunt.

- 8 Prescriptionis interruptio coram arbitratore non fit.

SEXTO limitatur præcedens conclusio, quod citatio tibi nulla præscriptionem non interrupit, quando sponte citatus comparuerit. Nam citatio inutilia, spontanea comparitione validatur, & præscriptionem interrupit. l. 1. in princ. ff. de feriis. vbi tradit gloss. in versic. nota tria, in fin. dum vult, ut vbi vocatus sponte comparet, citationis defectus purgetur: Et ideo inquit ibi Bald. in 3. notabil. quod licet citatio non subsistat, nec valeat, comparitionem tamen valere & subsistere ac etiam quicquid ab ea subsequitur, & id valde notandum existimat: Et ad hoc citat ibi Alexan. Bald. qui dixit quod quamvis processus ob nullitatem citationis sustineri non possit, ratione tamen comparitionis & præsentis sustineri posse: cum, ut communis est conclusio, sola præsentia sufficiat sine citatione, ut ipse concludit in l. 1. ff. de in ius vocan. & ponunt Canonista in cap. 1. extra de iudic. Et ideo dixit Bald. in authen. si omnes, col. penult. C. si ut se ab hered. abstinet. quod stante tibi statuto disponente, ut à die citationis usque ad aliquod certum tempus, Index aliquid facere vel seruare teneatur, si fortasse citatio non interueniat, sed partis tantum præsentia; tibi idem præsentia quod citationem efficere: dummodo citatus congruo tempore expectetur. Huic decisioni simile notat Bald. in l. 1. col. penult. versic. vidi dubitari. C. ut quod defunct aduocat. & illum gloss. & Bald. in d. l. 1. sequutus est etiam Alexand. in consil. 264. viso processu, col. 2. vol. 2. & voluit Calderic. in consil. II. in tit de iurepatronat. dum inquit ineptam tibi conuocationem hominum alicuius vniuersitatis non nocere, etiam quod sufficiens numerus conueniat & congregetur. Ad idem Rota decis. 11. in tit. de dolo & contumac. in nouis, & Egidius in decis. 464. qui perse, & in decis. 539. voluerunt ut inepta citatus, si procuratorem constituant illi causæ, citationem ipsam sciuisse videatur, ita ut deinceps si procurator citeatur, satis sit etiam ad excommunicationem audiendam. Aliud quoque simile affert Bald. in addition. ad Speculat. in tit de reo, versic. presumitur quis citatus, videlicet libellum tibi etiam ineptum datum præsenti in iudicio non tamen citato præscriptionem interrumpe, ut inquit Felin. in d. cap. illud, num. 12. extra de præscription. Facit etiam conclusio Geminiano post Lepum in cap. quamvis, in 2. col. de offic. delegat. in 6. dum voluit, quod licet communiter dicatur solam tibi citationem iurisdictionem perpetuare, ut tradunt communiter omnes in cap. licet, extra de offic. delegat. id tamen limitari, vbi partes conuenient, ut ad euictatas impensis ad iudicem accedatur, ipse sine citatione procedit: nam hic actus perpetuat iurisdictionem, & haec notanda esse ait ad illud, quod dicitur coram arbitratore tibi præscriptionum interruptionem non fieri, ut voluit etiam Oldrad. in consil. 176. factum tale est, in vertice cuiusdam montis. & Butr. in cap. Quintauallis, colum. 15. extra de iure iur. & in cap. super questionem, in princip. in 5. colum. extra de offic. delegat. & Ioan. Andr. in addition. ad Speculat. in 5. effectus, in tit. de lit. contestat. & id limitat Abbas in d. cap. illud, vbi refert etiam Felin. num. 16. extra de præscriptio.

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

259

C A P. C X.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio interrupitur licet actus possessori factus sit nullus, modo per eum constituantur in mala fide.

S V M M A R I A.

- 1 Actus constituens aduersarium in malam fidem, præscriptionem interrupit.
- 2 Denunciatio à non suo iudice facta extra judicialiter censetur.

Septimo limitatur, quia licet actus necessarius ad interruptionem sit nullus: † si tamen aduersarium in malam fidem constituat, utputa quia adeo eum certum reddidit, quod malefidei effici potuit præscriptio interrupitur, non autem vi actus iudicarii, sed malam ob superuenientem fidem, quæ coniecturis presumitur, ut inquit Abbas post Butr. in d.c. illud, extra de præscriptio. & rursus idem Abbas post Butrium in c. vt debitus, col. 3. extra de appell. & iterum idem voluit Abbas in consil. 94. quidam duos filios, in fin. 2 volum. 1. Et si obliiciatur, denunciationem † factam à non suo iudice extra judicialiter censeri, ut notatur in c. at si clerici, extra de iudicis. Quo fit, ut in malam fidem constituere non videatur. I. sifundum. C. de rei vendic. & habetur in c. nihil, vbi Felin. extra de prescriptio. Respondet Abbas in d.c. illud, & latius in c. vt debitus, extra de appellatio. & Felin. in d.c. illud, extra de præscript. inquit contrarium procedere in denunciatione mere extra judiciali: Secus vero vbi duo concurrunt: ut scilicet sit in figura iudicii, & talis ut malam fidem inducat, comprobat clem causam, in fi. de electio. vt per illum tex. notat Roman. in consil. 410. cum concordantibus, quos refert Felin. in c. cum contingat, col. 7. vers. sexta conclusio, & meminit in d.c. illud, num. 13. in fi. extra de præscript.

C A P. C XI.

A R G V M E N T V M.

Præscriptionem non interrupit citatio realis per capturam.

S V M M A R I A.

- 1 Citatio realis præscriptionem non interrupit, & quæ sit realis citatio.
- 2 Citatio realis dicitur captura personæ.

Septimo limitatur † in citatione reali: nam regula prædicta procedit in verbali citatione, non in reali. Citatio enim realis, † quæ per capturam personæ sit, præscriptionem non interrupit, ut voluit Bal. in addit. ad Specul. in tit. de citatione, col. fi. qui ex eo potissimum mouetur, quod non meminerit legisse citationem realem præscriptionem interrumperem. Vnde Iaf. in d.l. ex hoc edicto, num. 6. in septime limitatione, subdit hanc limitationem satis irrationalabilem existimare: cum efficacior sit citatio realis quam verbalis, ut dixit idem Iaf. in l. 2. post gl. ff. de iurisdict. omn. iudic. tum etiam quia ratio Bar. & Doctorum in d. l. ex hoc edicto, dum querunt, quare interrumputur præscriptio 30. annorum verbali citatione: ea est, quod negligentia cesset. Vnde cum multo magis stante reali citatione interue-

nire videatur, merito dicta conclusio valde dubitabilis reddi videtur. Felin autem in d. cap. illud, tenet hanc eandem conclusionem, vt realis citatio præscriptionem non interrumpat, et si Ang. à communione opinione recedat in Auth. de exhiben. reis. §. 1. col. 3. & subdit ab ea recedendum non esse per prædicta, ac etiam per tex. in l. si pater. C. ne statu. defunct. propter quod nulla appetet ibi ratio specialitatis in libertate.

C A P. C XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Præscriptio mere favorabilis etiam litis contestatione non interrupitur.

Secunda autem species præscriptionum, ut supra vidimus, quæ mere favorabilis est, † utputa triennii vel alterius breuioris temporis, etiam litis contestatione non interrupitur, quin pendente lite usucapio perficiatur. Illud tamen animaduertendum est quod si fortasse illud temporis à statuto constitutum sit, ut eo pendente usucapio seu præscriptio perficiatur: si accidat, ut deinde contra usucapiatem vel præscribentem sententia feratur, tenetur usucapione vel præscriptione non obstante rem vel bona usucpta vel præscriptione quæ sita restituere. I. si post acceptum, vbi notat Bar. & sequuntur Doct. ff. de rei vendic. & est text. magis expressus in l. 2. §. fin. & ibi dicit Bar. ff. de usucap. pro empt. & Bal. in l. 1. in fi. C. de usucap. transforman. & in l. nec bona. C. de præscriptio. longi tempo. videoas tamen text. in l. Julianus. §. quantum, versie perinde ff. ad exhiben. Hæc autem conclusio, quod præscriptio statutaria & præsertim modici temporis litis contestatione non interrupitur, notat etiam Bar. & sequuntur alii in l. 2. ff. de usucap. pro empto. dum volunt protestationem, libelli correctionem, & citationem partis eius efficaciam non esse, ut præscriptionem modici temporis, & præsertim annalem statutarium non interrumpant, sed veram partis aduersæ contestationem requiri, Florehtiae & aliis in locis, vbi extant statuta disponentia, ut post aliquod tempus lis protacite contestata habeatur: satis esse si actor causam ultra triennium, vel tempus à statutis constitutum prosequitur, ultra quod lis pro contestata habetur, ut in statuto nostro secundi libri, vbi nos cum de litis contestatione tractaremus, satis late & copiose diximus.

C A P. C XIII.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio statutaria citatione non interrupitur quando ipsa præscriptione non petenti silentium imponitur.

S V M M A R I A.

- 1 Præscriptio statutaria citatione interrupitur, nisi statutum ipsa præscriptione non petenti silentium imponat.

- 2 Citans non petit, sed vult petere.

Præcedens autem conclusio limitatur, † quando statutum non petenti ipsa præscriptione

silencium imponeret, quandoquidem tunc ad eam interrumpendam citatio non sufficit. Qui enim citat, non petit, sed vult petere. *I. amplius non peti. ff. rem ratam haberi & tradit Salic. in l. fin. C. de prescript. 30. annorum, & ita limitat Felin. in d. c. illud, num. 5. extra de prescriptio.*

C A P. CXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 *Prescriptio mixta interrumpitur litis contestatione etiam coram arbitro.*

Descendendo ad tertiam speciem prescriptio-
num † videlicet ad mixtam, quæ est 10. vel 20.
annorum, conclusio Bart. & aliorum Doctorum
est, ut litis contestatione interrumpatur. Quæ ampliatur, ut non solum locum habeat, quando lis coram iudice ordinario contestatur, sed etiam coram arbitro: quandoquidem etiam coram eo litis contestatio prescriptiōem interrumpit, & actionem
perpetuat, non secus ac si coram ordinario contestata esset. *I. cum antea, vers. sed non ignoramus, vbi Bar. & alii. C. de arbit.* Et ratio est, quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. *I. ff. de arbit.* Et id etiam sine dubio dicendum est, vbi extant statuta, consor-
tes usque ad quendam gradum ad compromitten-
dum cogentia, propterea quod tunc arbitri electi ex necessitate statuti iudices delegati dicuntur: & ex consequenti iurisdictionem habere, ut notant communiter Scribentes in l. fi. C. de iudic. & in l. ar-
bitro. *ff. qui satisf. cogant. & tradit Curt. iun. in consil. 23. num. 8. & Curt. in consil. 17. num. 1. vbi vult, laudum latum ab arbitris statuto cogente electis vim sen-
tentiae definitiæ habere, & idem voluit in l. resi-
dicata, num. 2. ff. de re iudic. & quod laudum latum ab arbitris iuris seu statutorum, sit proprie sententia & transeat in rem iudicatam, & ex sententia ipso-
rum arbitrorum actio oriatur, ut inquit Bal. in l. 1.
col. 2. C. de peric. & commod. rei vendite, & recentiores in
l. 1. col. 2. veſic. limita signanter. ff. de re iudic. Nam ut di-
ximus, tales arbitri ordinatiis æquiparantur, ut di-
xit Bar quem sequuntur ibi recentiores, in l. fi. C. de
iudic. cum aliis, quæ notantur in c. ab arbitris, de offic. de-
leg. lib. 6. & in l. 1. C. de arbit. Et quod sententiae latæ ab huiusmodi arbitriss executionem mereantur &
exequantur, notant recentiores per illum tex. in l. a.
*Ditio Pio, in princ. col. 2. ff. de re iudic. & quod ex tali sen-
tentia oriatur actio, notatur in d. c. ab arbitriss, & in d. l.
fi. C. de iudic. cum aliis, quos adducit Curt. in l. duo iudices,
col. 2. in ff. de re iudic. & refert Paris. in consil. 42. num. 1.
cum seq. & in consil. 45. num. 8. q. 10. & 22. vol. 1.**

C A P. CXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 *Prescriptio litis contestatione tunc interrumpitur, cum sit animo & intentione prosequendi item usq; ad finem: secus si lis simpliciter contestetur.*

Præcedens conclusio pluribus modis limatur,
& primum, † ut ita de tum litis contestatio pre-
scriptiōem interrumpat, si fiat animo & intentio-
ne prosequendi item usq; ad finem etiam si deinde
casibus aliquibus fortuitis actor impeditetur: ea

namque omnino prescriptiōem interrumpit. Se-
cundus vero si simpliciter lis contestetur, & deinde ul-
terius non prosequatur, ut est gl. in c. placuit. §. quod si
per naturalem, in vers. interrupta, 16. quæst. 3. quæ citat
tex. qui ita videtur dicere in l. fin. C. de prescript. 30. & ea
gl. sequitur & singularem arbitratur Ludo. Rom. in d. l.
ex hoc editio. ff. de eo, per quem fact. erit, & in l. si vero. §.
de viro, in 24 fallent. ff. soluto matrim. pro qua etiam ci-
tat tex. in simili, in l. nam & si parentibus. §. 1. ff. de inoffi-
testa. & est etiam glos. ordinaria in d. l. fin. C. de prescript.
30. anno. vbi gl. inquit hanc fuisse opinionem Aldrici an-
tiqui glossatoris, sed omnes alios Doctores contrarium di-
xisse, ut ibi refert gl.

C A P. CXVI.

A R G U M E N T V M.

Prescriptiōem non interrumpit
litis contestatio coram arbitratore
facta.

S V M M A R I A.

- 1 *Prescriptiōem non rumpit litis contestatio coram arbitratore facta.*
- 2 *Arbitramentum nō est iudicium, sed quadam trans-
actio.*

Secundo limitatur dicta conclusio, si lis † coram
arbitratore contestetur: nam tunc talis conte-
statio prescriptiōem non interrumpit, quemad-
modum nec eius laudum, ut voluit Oldrad. Lau-
dens. in consil. 176. factum tale est, in vertice cuiusdam
montis. quem refert & sequitur Bar. in l. cum antea,
colum. penult. C. de arbit. & idem tenet Ioan. Andr. in ad-
dit. ad Specul. in tit. de litis contesta. in §. effectus. & Abb.
in d. c. illud, extra de prescriptio. Ratio autem est, quia
arbitramentum † non est iudicium, sed quadam
transactio, ut inquit glos. in §. si vero, in Auth. ut diffe-
rent. iudic. & iterum Bart. quem sequuntur Dd. in auth.
si vero contigerit, cum similib. C. de iudic.

C A P. CXVII.

A R G U M E N T V M.

Prescriptio non interrumpit litis
contestatione coram incompetenti
facta.

S V M M A R I A.

- 1 *Prescriptiōem non infringit litis contestatio coram
iudice incompetenti facta, vel non suo.*
- 2 *Prescriptiōem non interrumpit processus nullus.*

Tertio limitatur, si lis coram iudice † incompe-
tenti, vel non suo contestetur, ut inquit glos. in
c. placuit. §. quod si per naturalem, in vers. interrupta.
16. quæst. 3. & iterum gl. in c. ex tuarum, extra de priu-
leg. & in c. vt debitus, extra de appellat. & in c. illud, vbi
tradunt Doct. extra de prescriptio. & Specular. in tit. de
lit. contest. §. fin. sicut etiam processus nullus præ-
scriptionem † non interrumpit, ut voluit Bal. in au-
then. offeratur. C. de litis contestatio. & in l. 2. colum. 3. C.
de fructi. & liti. expens. & tradit Paul. Castren. in consi-
lio 399. in prima impressione. & facit illud, quod
dixit idem Ias. in d. l. ex hoc editio. ff.
de eo per quem fact. erit, de cita-
tione nulla.

CAP.

De Executionibus Tractatus. §. 4. 261

C A P. CXVIII.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio iure canonico per citationem semper interrupitur.

S U M M A R I A.

- 1 Prescriptionem de iure canonico quamlibet citatio interrupit.
- 2 Mala fides de iure canonico prescriptionem semper impedit.

QVarro limitatur, ut præcedens conclusio de iure canonico locum non habet: eo enim iure sola citatione quælibet præscriptio interrumptur, quæ nascitur mala fide. Malam namque fides semper de iure canonico præscriptionem impedit, ut habetur in c. possessor malafidei, de reg. iur. in 6. & idem tenet Bar. in l. 2. col. 2. C. de seruit. & aqua. & in l. cum notissimi. §. imo. C. de prescript. 30. vel 40. anno. & voluit Ioan. de Imola in c. si. extra de prescript. & iterum Bar. in l. cum prætor. ff. de public. & in l. sed si lege. §. deo. ff. de petit. hered. & in l. si alienam. ff. de vsucap. pro empto.

C A P. CXIX.

A R G V M E N T V M.

Præscriptionis statutariae tempus in dubio est continuum.

S U M M A R I A.

- 1 Tempus præscriptionis statutariae, an sit continuum, vel utile.
- 2 Præscriptioni non imputantur tempora, in quibus curia non residet, ut puta tempore pestilentia, vel belli.

SExagesimono quarti etiam solet, an tempus præscriptionis statutariae sit continuum, vel utile? Et magis communis conclusio est, ut sit continuum, vbiunque statuta contrarium non disponunt. l. i. in princ. ff. de diuers. & tempora. prescriptio. & est tex. in l. in vsucacione. ff. de vsucapio. & in l. sicut pars §. 1. C. de seruit. & tradit Abbas in c. si. extra de elect. & Ruin. in confil. 54. volum. 5. Licer autem continuum sit, attamen non valenti agere non currit, ut in dictis locis tradunt Abbas & Ruin. Et ideo illud tempus non currit, in quo curia residere non potuit, vel ob pestilentiam, vel bellum, vel ob quodcunq; aliud impedimentum.

C A P. CXX.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Præscriptio huiusmodi statutaria cuiusvis temporis à statutis inducta non procedit in dationibus in solutum extra judicialibus, sed in iudicialibus.

SExagesimo præscriptiones & huiusmodi statutariæ annales, biennales, triennales, vel alterius cuiusvis temporis à statutis quibuscunque cuiusvis loci locum non habent in adjudicationibus, vel in solutum dationibus extra judicialibus: sed in iudicabilibus quæ sunt precedentibus edictis, citoque creditoribus & aliis, quorum interest, iuxta illam formam, quæ à statutis ipsorum locorum inducta est, prout supra dictum fuit in c. 95. pereat, que

tradit Felin. in c. cum Joannes, n. 38. vers sic etiam constuit, vbi citat Anch. ita tenentem, & Rom. in conf. 123.

C A P. CXXI.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio statutaria extra locum non valet aut prodest.

S U M M A R I A.

- 1 Præscriptio statutaria solum opitulatur in curia illa, in qua vigent ipsa statuta.
- 2 Forma non seruata actus est ipso iure nullus, & ad vnguentem, non per aequipollens impleri debet.
- 3 Qualitates omnes statuti concurrere debent.

SExagesimo primo, illud etiam hanc in re adnotandum est, præscriptionem statutariam cuiuscunque temporis sit, in aliis curiis non opitulari: vt puta si Bononiæ, vel in alia ciuitate extent statuta: quæ inducant præscriptionem elapsio anno vel bieño vel quouis alio tempore denegando audienciam. Nam talis præscriptio & Florentiæ, Rome, Mediolum, vel in quavis alia ciuitate locum non habebit, propterea quod qui in statuto se fundat, eius formam obseruare & probare debet, eiusque qualitates: Alioquin obtinere non poterit. Sed forma statutorum talem præscriptionem inducentium seruata non est, ergo statuti illius dispositio Bononiæ locum habere non potest. Forma & namque non seruata actus est ipso iure nullus, l. non dubium, vbi Bal. & Dd. C. de legib. & c. cum dilecta, extra de rescript. & c. Pisani, extra de resit. spoliat. & c. cum venerabilis, extra de officio iudic. delegat. & l. cum hi. §. si prætor ff. de transactio. & tradit Butr. in c. cum olim, extra de causa possess. & propriet. & late prosequitur Felin. alias referens in d. c. cum dilecta, in vers. gesta contra formam, n. 36. & Bal. in l. §. Ofilius ff. ne quis eum qui in ius vocan. & late Soc. in conf. 24. vol. 1. dum inquit, actum non subsistere forma a statuto inducta non seruata. Imo ad vnguentem seruari debet: Nec satis est: si per aequipollens impletatur, vt inquit Alex. in conf. 138. n. 15. vol. 2. qui etiam addit, qualitates & probandas esse, & si plures sint, omnes concurrere oportere, vt voluit Decius in conf. 24. & in conf. 218. & late Brunius in tract. statut. quod stant. mascul. in b. art. princ. q. 28 & in art. 5. n. 130. Redeundo igitur ad rem nostram, aut seruanda sunt statuta alterius loci vbi lis agitur, & tunc cujus ab illis statutis præscriptio inducta non sit nec forma statuti illius & præscriptionem inducit, dubium non est, quemlibet etiam post tempus ab aliis statutis ad praescribendum & repellendum à limine iudicij inductum admittendum esse, cum eis dispositum non sit, vt post illud tempus veniens non audiat, & præsertim si ibi extet statutum, disponens vt in defectu statutorum propriorum & particularium loci recurratur ad ius commune, id est Romanorum: non loci dominantis, vt voluit Soc. in conf. 271. vol. 2. & Dec. in conf. 429. & in conf. 469. n. 12. assertens ita obseruari. Et sequendo hanc conclusionem, eam cōprobat iis, que tradit Rom. in conf. 218. Vnde cujus de iure cōmuni non reperiatur: tertium in causa non citatum, post annum vel aliud tempus, ab alio statutum de iuribus suis experiri nō posse: omnisiq; actio anni 30. regulariter permaneat. l. omnes, & l. sicut C. de prescript. 30. vel 40. an. Merito, vt auctor repellit nō possit, ex cōsequenti dicendū est: si vero loquamus de status

Statutum putat Bononiensi; inter Bononienses, q. quidem statutum seruandum est inter ciues Bononienses, vt in his terminis videtur firmare Socin. in consil. 288. num. 2, 3. & 4. & sequitur Brun. in d. tract. in 8. art. q. 25. num. 132. & tunc dicendum est, vt locum habere nō possit, cum forma ab eo introducta seruata non sit, imo adiudicatio esset nulla: & sic patet statutum hoc in aliis curiis locum non habere, etiam inter ciues illius loci, vbi extat tale statutum, ob id quod forma statuti prædicti præscriptionem inducentis seruata non sit, quæ omnino præcedere debent, ad hoc vt præscriptionis ius oriatur: Forma autem alterius statuti illius loci, vbi lis agitata est, ex quo præscriptionem hanc non inducit in casu, de quo agitur quicquam vt supra diximus, opitulari non potest.

C A P. CXXII.

A R G V M E N T U M.

Hæreditas iacens quæ dicatur, & quomodo contra eam procedatur.

S V M M A R I A.

- 1 Pupillus maior infante ipse citandus est, & huiusmodi citatio ita valida est, vt contra ipsum contumacem posset ad immissionem in possessionem bonorum ex primo decreto deueniri.
- 2 Hæreditas iacens valide citari potest etiam sine curatore, & contra eam ad dationem in solutum deueniri.
- 3 Statuti dispositio non habet locum, cum eius verba ad casum propositum adaptari & accommodari non possunt.
- 4 Hæreditas alicuius iacens non dicitur, cum extat eius filius & in potestate.
- 5 Processus factus contra hæreditatem iacentem non valet extante filio suo, & in potestate.
- 6 Beneficium abstinenti, quod habet filius in potestate ab edicto prætoris, redigit eum ad instar emancipati.
- 7 Hæreditas delata filio emancipato, dicitur iacere, & ei curator dari potest.
- 8 Processus factus contra hæreditatem iacentem quando valeat.
- 9 Statutum quando loquitur de hæreditate iacente respectu illius immissionis, quæ oritur a facto hominis, differt ab eo quod loquitur de ea, quæ sit auctoritate legis.
- 10 Hæreditas iacens, quando dici possit.
- 11 Hæreditatem contra iacentem quando proceditur, iudex committit nuncio vt perquirat, an aliquis hæreditatem apprehenderit, & sibi referat.
- 12 Hæreditatem esse iacentem si nuncius referat, & a nemine apprehensam, ita haberi debet, donec probetur contrarium.
- 13 Nuncio creditur, si ei a iudice mandetur, vt creditorem in bonorum Titii possessionem mittat, & referat tenutam concessam in dictis bonis creditoris, non solum quod creditorem in possessionem bonorum miserit, sed etiam quod illa bona sint ipsius Titii.
- 14 Statutum permittens posse agi contra hæreditatem iacentem, & deueniri ad dationem bonorum in solutum sine interuentu curatori, quomodo intelligatur.

- 15 Citari debet ille in datione in solutum specialiter, ad quem prima spectat causa successionis.
- 16 Actus nullus ex defectu citationis licet non noceat, valere tamen potest.
- 17 Citandi illi sunt, in quorum prejudicium actus tendit.

Septuagesimo secundo cum res ex facto ita se habeat: Quidam filii repudiata hæreditate paterna & materna adita, vt eam recuperarent, ad bona paterna per viam tenuta egerunt, agitatoque processu uti contra hæreditatem paternam iacentem, sententiam confirmationis tenuta obtinuerunt: quæ cum transisset in rem iudicatam, predicti filii aliud iudicium dationis bonorum in solutum mouerunt, agendo contra predictam hæreditatem iacentem, obseruatam tamen solemnitatibus & ordinibus à statuto requisitis: & illi in genere citatis, ad quos prima successionis causa pertinebat, & in specie quodam eius filio ex secunda uxore, cui predicta successio deferebatur. Quibus stantibus quæ situm fuit, an dicti filii actores ad recuperationem suæ dotis obtinere potuerint? Et ut obtinere potuerint & debeant concludendum videtur.

Nam ipsi filii agentes intentionem suam fundatam habent in eo, quod bona paterna sint pro restitutione dotis eorum matris obligata: quostante non videntur obstare ea, quæ in contrariū obici possunt, & primum, quod filius ex secundo matrimonio esset minor, & ideo legitimam personam in iudicium coparendi non haberet; & ex consequenti ipse solus sine tutoris autoritate citari non potuerit, quo sit ut tam primus quam secundus processus ipsius in solutum dationis nullus reddatur, vt habetur in l. i. C. qui legit. person. habe. stan in indic. Huic fundamento respondetur, quod licet in terminis iuris communis id quatenus pertinet ad secundum decretum, locum habere possit, non procedit tamen quo ad secundum: Nam etiam si iudicium contra pupillum + maiorem infante dirigatur, si ipse tantum citetur, legitima citatio ita reputatur, vt contra ipsum contumacem ad immissionem in possessionem bonorum ex primo decreto deueniri possit, vt inquit Bar. in l. qui habet. §. pupillus. C. tutel. & in l. i. §. sufficit. C. de arbitrio. tutel. In terminis tamen eorum statutorum id nō procedit, quæ disponunt, vt vbiq; proceditur contra hæreditatem iacentem cuiuslibet debitoris prædefuncti, possit ipsa hæreditas + iacens valide & iuridice conueniri & absque ullo curatore, ac etiam contra eam ad dationem in solutum deueniri. Nam in hoc casu non securus valet, ac si viuente adhuc debitore, contra eum facta esset, dummodo illæ solemnitates seruatæ sint, quæ à statutis requiruntur.

Secundo non obstat, si fortasse obiciatur, + statuta ad illos casus non extendi, ad quos verba ipsa statutorum non adaptantur. Vnde quando statuta in eo casu loquuntur, in quod hæreditas debitoris ab aliquo non apprehensa est iacens, non videntur procedere in casu, in quo filius extat in potestate, cum hæreditatem + iacere dicendum non videatur, vt inquit gl. in l. cum hæreditas. C. depositi. Vnde inferri ibi Bal. quod vbiq; adeat filius suus, + processus factus contra hæreditatem iacentem non subsistit. Et ratio est, quia stante suitate, iacere dici non potest. Verum prædictum argumentum non obstat dicendum est: nam ob abstinenti beneficium, + quod filius in potestate à Prætoris edicto habet,

ad in-

De Executionibus Tractatus. §. 4.

263

ad instar filii emancipati reducitur. *I. nam nec emancipatus ff. de leg. l. & d. l.* Et ideo t̄ quemadmodum hæreditas filio emancipato delata donec de aditione nō doceatur, iacens dicitur: pariter etiam si filio in potestate deferatur, idem dicendum est. *Etitigitur iacēs, & curator dari poterit, & processus t̄ contra hæreditatem iacentem factus subsisteret, vt declarat Paul. Castr. in d.l. cum hæreditas. C. depositi. reprobando dictum Bal. ibi, id quod sequitur etiam eodem in loco Salic. Præterea responderetur etiam secundo modo, statutum t̄ Florentinum de ea loqui iacente hæreditate, quæ à facto hominis prouenit: non autem respectu immisionis, quæ sola legis autoritate nullo facto hominis interueniente sit: inter hæc enim duo non leuis differentia est, vt habetur in l. si fratri. C. de iure deliber. Quod autem hoc statutum procedat, iuxta primum modum inde colligitur, q̄ de modo tractat conueniendi hæredes defuncti, hæreditatemq; iacentem, & declarando qui intelligentur hæredes dicit eos esse hæredes, qui quomodo cunq; tenuerint, vel possederint rem hæreditariam, & sic considerat hæredes: & deinde loquitur de hæreditate iacente, & sic vbi quis hæres non est, per immixtionē filii, vnde cessat ipsa obiectio: & video dicendum est, quod licet supersit filius suus, & iuris ciuilis autoritate sit ipso iure hæres, ob id tamen hæreditatem iacere dicendum non esse, tam considerando, vt considerarunt statuentes immixtionem filiorum, nō autem acquisitionem realem. *Potest autem dici hæritas t̄ iacens ex eo quo l in ipsa immixtione facti datur medium inter mortem & hæreditatis acquisitionem: Quod sane non datur in acquisitione legali, vt tradit Bart. in d. l. si fratri. C. de iure deliber.* Tertio etiam modo dici potest, quod quando proceditur contra hæreditatem iacentem, iudex mandat nūcio vt perquirat, an quispiam hæreditatem apprehenderit: sibique referat. *Vnde si retulerit hæreditatem iacere, t̄ & eam neminem apprehendisse, ita donec contrarium probetur haberi debet, argumento eorum quæ notat Ioan. de Imola in l. à Diuo Pio. §. sic quog. ff. de re iudic.* *Et ibidem Alex. in §. si super rebus, inquit: t̄ si nūcio mādetur, vt creditorem in possessionem bonorum Titii debitoris mittat, referatq; nūcnius tenutam concessisse in bonis ipsius Titii debitoris, t̄ prædicto nūcio non solum credendum esse, quod creditorem in possessionem miserit, sed etiam quod illa bona Titii sint debitoris. Nec obstat si fortasse replicetur, non obstat quod hæritas iacens censetur: nec non statutum t̄ permittat, vt contra eam agi possit, deueniriq; sine curatoris interuentu, vel alterius defensoris ad bonorum in solutum dationem, quia statutum hoc passiuam à iure communi interpretationē recipere deberet: vt scilicet in bonorum adiudicatione nominatum t̄ & expresse illi citentur, ad quos spectat prima causa successionis: vt notatur in l. si diu. ff. ex quib. caus. in possess. eat. vt inquit Alex. in consil. 106. perspectus statutis, vol. 5. dum loquens de quadam in solutum datione, ad instariam cuiusdam multieris dotem suam repetentis facta agentisq; contra hæreditatem iacentem cuidam, qui generaliter citatus fuit, non autem nominatum, vt debebat, non præjudicare: cum ille esset talis, ad quem spectabat prima causa successionis. Et ideo ex dictis Alex. ibidem inferri potest, vt quemadmodum in casu de quo ipse agebat, illa in solutum da-**

tio non subsistebat, ob id, quod ille ad quem prima causa successionis pertinebat, legitimate citatus non erat, cum generaliter citatus esset: pariter etiam in dicendum sit, adiudicationem vel dationem in solutum non valere, ex quo filius ille secundi matrimonii legitimate citatus nō est: ex quo cum esset minor: ei curator ad litem datus non fuit, prout de iure dari debet, vt habetur in l. l. C. qui legit. person. hab. stan. in iudic. vel non. vbi tradit Castren. Ad hanc etiam obiectiōnem respondetur, speciem de qua loquitur Alex, valde differre ab ea, quā proposuit: ipse nāque querit, an illa in solutum datio tertio non legitimate citato obsit: nos autem querimus, an iudicatio bonorum, vel in solutum datio contra hæreditatem iacentem concessa subsistat. Inter quæ non leuis differentia est: quandoquidem non inconvenit, vt aliquis actus t̄ ob defectum citationis alteri non noceat: ipse tamen validus sit & subsistat, vt volunt Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quādo index. dum inquit in actu iudiciali, quatenus ad eius pertinet validitatem. illum tantum citandum esse, cōtra quem datur libellus: nam alioquin non subsisteret. Quo vero ad præiudicium, vt scilicet aliis, quorum interest, t̄ præiudicet: eos omnino citados esse: alioquin licet non præiudicaret, actus tamen valeret, & ita decisit Imola in c. humili. extra de maio. & obed. quē text. adducit ibi Bal. & videtur satis probabilitas propositam speciem decidere, in qua hæreditas iacentis principaliter conuenit. Satis igitur est, quo ad dationis in solutum & adiudicationis validitatem contra hæreditatem iacentem, si ipsa citata sit, iuxta formam ab ipso statuto traditam. Præterea ultra prædicta tollitur ex eo obiectio, quod ita videatur semper obseruatū & practicatum, vt vigore illius statuti ad dationem bonorum in solutum determinaret contra hæreditatem iacentem, nullo curatore vel alio ei dato defensore, nec etiā filiis minoribus debitoris defuncti: Sed illis simpliciter cītatis, vt ad quos spectat prima causa successionis, & ideo non videntur mutanda ea, quæ certam interpretationem semper habuerunt l. minime ff. de legib. vbi Bal. inquit ab antiqua practica recedēdum non esse: imo cum tractemus de cōsuetudine interpretationia, non autem iuris nominum introductiua, vt longo tempore præscripta sit, opus non est: sed si aliquando ita fuerit obseruatū, satis est, vt notat Butt. in c. fin. extra de consuet. & Arct. in cons. II. procedendum est. & Alex. in cons. 107. vol. 2. & Soc. in cons. 111. & in cons. 145.

C A P. CXIII.

A R G U M E N T U M.

Præscriptio statutaria an currat contra hæreditatem iacentem.

S V M M A R I A.

1. *Præscriptio statutaria brevis temporis, utputa annlis, a quo tempore currere incipiat.*
2. *Præscriptio nulla odiosa vel mixta legalis currit contra hæreditatem iacentem.*
3. *Præscriptiones statutaria censentur subrogata loco prescriptionum legalium, & illarum naturam & qualitates assumunt.*
4. *Hæritas iacens representat defunctum.*
5. *Mortuus dicitur absens.*
6. *Mortuus late modo dicitur absens.*

- 7 Exceptio, qua limitatur exorbitans dispositio, exten-
ditur ad causas similes & lato modo tales.
- 8 Exceptio, quod quis sit absens, habet locum in defun-
cto.
- 9 Statutum sub rub. de heredi. & hered. debit. conuen.
declaratur.
- 10 Dispositio exorbitans & correctoria loquens de actu
patiendi, ad casum agendi extendi non debet.
- 11 Praescriptio statutaria annalis vel alterius temporis
non opitulatur dicenti fuisse absentem.
- 12 Originarius alicuius ciuitatis presumitur ibi habi-
tasse.
- 13 Ciuitatem non habitans, potest in eius territorio ha-
bitare.
- 14 Absentiam allegans, probare debet precise fuisse ab-
sentem extra dominium.
- 15 Reus dicitur actor in exceptione.
- 16 Praescriptionem annalem allegans, an debeat probare
presentiam illius, contra quem allegat.
- 17 Praescribens & ille contra quem prescrimitur, si sunt
eiusdem ciuitatis, intentio illius fundata videtur,
qui nuditur praescriptione.
- 18 Praesens quilibet in sua patria presumitur.

Septuageſimotertio quoniam satis conuenit rei
nostræ, de qua agitur, an praescriptio statutaria
annalis † vel alterius temporis à statutis constituti
currat à die aditionis hæreditatis: & ideo cōtra hæ-
reditatem iacentem non labatur. Merito: vt omnia
qua nobis hac de re in mentem veniunt, perra-
temus, quid de iure & vi ipsorum statutorum di-
cendum sit, inspiciamus: & breuiter concludendo
dicendum est, vt prædicta præscriptio contra hære-
ditatem iacentem non currat, prout communis est
conclusio Doctorum in l. seruus. ff. de stipul. seruo. &
in l. licet, in fine. C. de iure delib. & late tradit Felin. in
c. de quarta, colum. 6. extra de præscript. & Alex. in con-
ſil. 126. in causa & lite, num. 1. & 2. volum. 2. inquiens,
quod si quispiam eo tempore moriatur, quo con-
uenti vel eorum authores præscribere cœpissent,
dubium non esse, quin si autem perfectam præscri-
ptionem decesserit, adhuc tamen hæritate iacen-
te præscriptio perfici possit, vt notatur in l. si intra. C.
de non num. pecun. & in l. ea que. C. de temp. in integr.
refit. pet. & notat Ang. in l. si seruus hæritarius. ff. de stipul. seruo. Aut vero tempore mortis authoris præ-
scriptio adhuc inchoata non est contra authorem
& rūc etiam, vt inquit Ang. & Imola in l. furtum.
§. fundi, alias est l. potest, cum l. sequenti, ff. de vsucap. Etsi,
vt ipse subdit, dici etiam possit, vt longi temporis
præscriptio, in qua titulus requiritur & bona fides,
hæritate iacente incipere possit, vt est text. in d. l.
furtu. §. fundi. ff. de vsuc. prout idem etiā voluit Bart. in l.
sed si sub conditione. §. si seruus alienus, vbi hoc notant
Ang. & Imol. ff. de hered. inst. & probatur in l. Iulianus,
alias incipit, non solum, in princ. ff. ex quib. cauf. maio. &
firmat expresse etiam in præscriptione longi tem-
poris Fulgos. in l. licet. C. de iure delib. & videtur idem
voluisse Specul. in tit. de præscriptio. §. 1. verſic. item nota.
Præterea hanc eandem conclusionem, quod præ-
scriptio contra hæritatem iacentem non currat,
tenet Corn. in conf. 69. num. 25. vol. 1. per ea, que tra-
dunt Doct. in d. l. ea que. C. de tempo. in integr. refit. Præ-
scriptionem enim longissimam, qua currit sine tit.
possessoris, currere hæritate iacente, non inci-
pere, firmant Doct. omnes vna imiter per ea, qua
notant autoritate dictæ l. ea que, Petrus, Cynus,

Bal. & Ang. & Caſtr. in d. l. licet. C. de iure delib. & Ang.
& Imola in d. l. furtum. §. 1. ff. de vsucap. Vnde cum in
eius locum subrogata sit præscriptio statutaria, que
titulum & bonam fidem nō exigit, prout nec præ-
scriptio longissima. Ergo. Præterea hanc eandem
conclusionem firmavit satis late & copiose Hycu.
de Marlia. in suo tract. de præscriptio. in l. parte, 6. & vlt.
par princ. verſic. vigesimus quintus caſus. Vbi concludit,
nullam præscriptionem † odiosam vel mixtam le-
galem contra hæritatem iacentem currere, per
ea qua notantur in d. l. ea que, in fi. C. de tempo. in in-
tegr. refit. & in d. l. si seruus hæritarius ff. de stipul. seruo.
Et id rationibus ibidē ab eo deductis, & ideo cum
eiusmodi censeatur quælibet annalis vel alterius
brevis temporis statutaria præscriptio, ob id quod
vt supra etiam alias diximus, præscriptions † statu-
torum loco præscriptionum, legalium subrogatae
censeantur, earumque naturam & qualitates afflu-
mant, vt inquit Bal. in l. in contractibus. C. de non num.
pecun. & in l. fin. C. de temp. in integr. refit. Pariter etiā
dicendū videtur, vt statutaria præscriptio loco præ-
scriptionis 30. annorum succedat, ex quo omnes
præscriptiones ad dictum tempus redactæ sunt, vt
de præscriptione annali patet in statuto sub rub. 73. de præ-
script. Et hanc opinionem, quod præscriptio etiam
statutaria non currat cōtra hæritatem iacentem,
inde apparet quod statutum nostrū excipit absen-
tes, sed hæritas † iacens defunctum repreſentat. 4
l. hæritas ff. de acqui. rer. dom. & l. mortu. ff. de fideijs.
Mortuus † autem dicitur absens iusta & rationa-
bili de causa, vt inquit Bart. in d. l. ea que, in fi. Ergo,
&c. Et licet † mortuus improprie & lato quodam 6
modo absens dicatur: attamē huiusmodi exceptio,
qua limitatur † exorbitans dispositio ad causas simi-
les & latō modo tales extendi debet, vt inquit Soc.
sen. in conf. 38. pro decisione, in 2. col. verſic. sexto & vlti-
mo facit, volum. 1. & Francisc. Curt. in confil. 7. diligenter
& mature, in 5. conclusio. post tractatum feudorum Nam
vbicunque per exceptionem factam in novo statu-
to reuertitur ad ius commune: non solum extendi-
mus ad alios casus per identitatem & maioritatem
rationis secundum proprios terminos & proprium
ac germanum verborum sensum: sed etiam impro-
prie & latissime intelligendo, vt inquit glos. in verbo,
numerandum, in c. statutum, de præben. in 6. quam ibi
sequuntur Doctor. Res enim quam facillime redit ad
naturam suam. l. si vnu. §. pactus ne peteret. ff. de pact. &
in c. ab exordio. 35. distinc. Et ideo mirum non est, si
fiat latissima interpretatio, & quod plus est, termi-
norum impropria ampliatio, vt ad ius commune
redeatur, vt est tex. in cap. 1. iunctio c. fin. de pact. lib. 6. &
tradit Federic. Senen. in confil. 89. & tradunt Doct. in cap.
penult. in gl. si extra de præsumpt. & idem etiam tenet
Bal. in noua lectura, in l. si quis ad declinandum, in fin. C.
de episc. & cler. dum loquitur de clausula, non ob-
stante. & Ioan. Andr. in c. quod alicui gratioſe, de reg.
iur. in Mercur. & Doct. in ll. duodecim tabularum. C. de
legit. hered. & in c. super co. extra de cogn. spiritua. qua-
tenus ibi tractatur de statuto, vel consuetudine fundata
in iure antiquo. & facit illud. quid singulariter voluit
Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & sequitur Ponta. in l. si
constante. ff. sol. matr. verſic. item in quantum, in 6. quest.
Patet igitur ex prædictis exceptione absentie, † ex 8
quo illi negligientia imputari non potest, in defun-
cto seu hæritate iacente locū sibi vindicare, cum
ipsum repræsentet, qui pariter de negligentia red-
argui

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

265

argui non potest, ex quo agere non potest, & si absens improprie dicatur, ut inquit Bal. in l. ea quæ.
9 Nec quatenus pertinet ad statutum Florentinum
sub d. rub. de heredit. & hered. debito. conuenien. 29. quo
disponitur hereditatem iacentem conueniri posse,
& contra eam procedi, bonaque in solutum dari,
non secus ac contra defunctum, si viueret posset,
obstare debet: Quia responderi potest, non proce-
dere in casu nostro, in quo de agendo tractatur, &
ut hereditas agat, alioquin contra eam praescriba-
tur: & ideo dispositio † exorbitans extendi & cor-
rectoria loquens in patiendo ad casum agendi, ne iuri-
ris correctio amplietur contra ea, quæ notantur in
l. p. vero ff. de legib. Concludendum itaq; est, praescrip-
tiones statutariorum à die additionis hereditatis incipi-
pere & hereditate iacente non currere, ita ut licet
annus vel biennium vel aliud tempus ad praescriptio-
nem perficiendam à statutis inductum lapsum sit,
ob id tamen heredem exclusum non esse, prout su-
pra conclusum est.

Quætitur etiam, quia regula est vulgatissima, ut
non valenti agere nō currat praescriptio: An si quis-
11 piam absentiam suam † alleget, liberetur ab ipsa
statutaria praescriptione? ut scilicet quia absentibus
non obest, sat: s sit ad effugientiam huiusmodi praescriptio-
nem se fuisse absentem dicere? Et in hac
quæstione breuiter etiam procedendo non suffice-
re dicendum est, sed absentiam concludenter pro-
bandam esse. Ratio autem est, quia eam alleganti
repugnat praesumptio, quando originem habet
12 ab ea ciuitate, † vbi extat tale statutum, de cuius vi-
ribus eiusus praescriptione tractatur. Nā nisi aliud
probetur, ibi quoque habitasse praesumitur, ut in-
quit Bart. in l. is potest ff. de acquir. hered. & Socin. sen.
in consil. 121. in fi vol. 1. Imo satis non esset, si probaret
familiariter extra ciuitatem permansisse, cum vt in
13 eius territorio † permanserit accidere possit: Quod
sanie ad huiusmodi statutariam praescriptionem ex-
cludendam satis non esset. Præterea ille, qui de ab-
14 sentia excipit, † præcise & concludenter absentem
fuisse extra territorium & dominium illius ciuitatis
probare debet: ac etiam à die qua rediit in ur-
bem, tempus illud statutarium ad praescriptionem
perficiendam constitutum lapsum non esse: alio-
15 quin obtinere non posset, cum in exceptione † a-
utor sit: & ideo intentionem suam concludenter
probare tenetur. Et licet fortasse obiciatur, eum
16 qui vim facit, in praescriptione statutaria † teneri
probare praesentiam illius, contra quem praescribi-
tur, cum hæc in facto consistant, & ideo non praesumantur. l. quæcumque. §. fin. ff. de public. Et in eisdem
terminis praescriptionis tradit Iacob. Butr. in l. fin.
C. de prescript. longi tempo. dum inquit, eum qui alle-
gat praescriptionem, praesentiam eius contra quem
allegat, probare debere: Et ideo dixit Ang. in l. pen.
C. quib. non obiit. longi temp. prescript. aduocatum par-
tis praescriptoris cautum esse oportere, praesen-
tiisque aduersarii capitulare & probare debere,
alioquin obtinere non posse: Verum quicquid di-
xerit Ang. in eo loco, & alii supra relati. cōtrarium est
verius: vt scilicet ille, qui praescriptionem ex capite
absentia infringere procurat: eam in qua se fundat,
concludenter probare debet, ut inquit Angel. in
l. emptore. C. de prescript. longi tempo. & sequitur Alexan.
in consil. 88. colum. 2 volum. 2. & Corn. in consil. 46. colum. 4. & in consil. 50. in 3. colum. volum. 2. dum inquit

in casu proposito, vbi constat ambas partes, scilicet
praescribentem, † & illum contra quem praescribi-
tur, eiusdem ciuitatis esse, eius intentionem funda-
tam censeri, qui inititur praescriptione: & illum qui
pro sua defensione absentiam allegat, eam conclu-
denter probare debere: cum quilibet † in sua pa-
tria praesens praesumatur, ut voluit Bar. in l. is potest ff.
de acquiren. hered. & Socin. senior in consil. 35. colum. 3.
volum. 1.

C A P. CXXIV.

A R G U M E N T U M.

Præscriptio statutaria excipiens
absentes, an proosit absentibus per
culpam.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum disponens prescriptionem non currere ab-
sentibus, an opituletur eis, qui sunt extra domi-
nium culpa rebellionis, vel relegatis.
- 2 Statutum generaliter & indistincte loquens, de ab-
sentibus generaliter & indistincte intelligi debet.
- 3 Statutum generalis dispositio comprehendit omnes casus,
etiam si sit maior ratio in uno quam in alio, etiam
in odiosis, & maxime si statutum sit exorbitans à
iure communi.
- 4 Præscriptio non currit impedito agere etiam culpa
sua.

Septuagesimoquarto, potest etiam, ni fallor, in
proposita materia dubitari, an statutum † indu-
cens praescriptionem lapsu cuiusdam temporis,
dum excipit absentes: ad eos quoque extendatur,
qui culpa sua absunt: exemplum ponit potest in re-
bellibus & relegatis. In hac dubitatione quidam
non extendi existimarent ea ratione, quod in ge-
nerali dispositione personæ odiosa non compre-
hendantur. l. Lucius. §. Lucius Titius ff. de leg. 2. Prædi-
ctis tamen non obstantibus in facto cōtrarium fir-
matum fuit: ea potissimum ratione, quod quando
statutum † generaliter & indistincte de absentibus
loquitur, generaliter & indistincte intelligendum
est. l. de pretio ff. de public. & l. i. §. & generaliter ff. de le-
git. prestat. Statuti † autem generalis dispositio o-
mnes casus comprehendit, etiam si maior ratio in
uno quam in alio esse videatur, ut saepe consulendo
& legendendo firmavit Decius in l. qui se patris, colum. 7.
C. vnde liberi. & in consil. 5. per tex. in l. i. §. quod autem.
ff. de alea lusu & aleato. & alia iura ab eo deducta, sub-
dens id etiam in odiosis locum habere, ut voluit i-
psimet in c. vt debitus, colum. 3. extra de appell. Et præ-
fertim, quando statutum loquens de praescriptio-
ne, est exorbitans, & iuris cōtinis coorrectorum:
nam in exceptis late intelligendum est, ut eo mi-
nus à iure communi recedatur: quandoquidem in
materia quoque praescriptionum cum statuta sta-
tuunt diuersa tempora in praescribendo cōtra praes-
sentem vel absentem distinctione inter absentes
non vtuntur: sed simpliciter & eodem modo intel-
ligunt de absentibus, qui in alia prouincia domicili-
lium habent, vel ciuitate alterius iurisdictionis, ut
habetur in l. cum in lege, iuncta glof. singulare in versic. id
est. C. de prescript. longi tempo. Nec etiam in iure reperi-
tur relegatum pro praesente haberit: nec glof. in l.

Papinianus exuli ff. de minor id firmat: nec ille tex. habet verbum adfuit, sed absuit: Quinimo si reperiatur talis fictio, adhuc locum non habere dicendum esset, propter ea quod statutum loquens in casu vero, in ficto locum non habet, vt inquit Bart. & sequuntur Dd. in l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest. Aliam vero opinionem, quod imo talis descriptive obstat, tenuerunt quidam alii: & quia licet praesupponamus statutum generaliter & indistincte loqui: recipit tamen interpretationem, vt aiunt, restrictuam à iure communis. l. 2. C. de noxal & late tradit glos. & sequitur Satic. in c. cum dilectus, de consuet. & tradit gl. Doct. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & Bar. in l. omnes populi, in c. quest. princ. ff. de iust. & iure. & in l. 1. §. lex Falcidia. vbi tradunt omnes recentiores. ff. ad leg. Falcid. cum iis, quo cumulat Ias. in authen. præterea. C. unde vir & vxor. Et id procedit, etiam si statutum tendat ad iuris communis correctionem: Nam in eo quoque casu à iure communis interpretationem & modificationem recipit, vt inquit Imola in l. si vero. §. de viro, in l. membro, in materia extractionis ff. solo matrim. & Roman. in l. si quis priore ff. ad Senatus-const. Trebell. vbi late & copiose tradit Alexan. & rursus idem Alex. in l. inter catena, in l. & fin. colum. ff. de liber. & posthum. & in d. l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & Ias. late in l. omnes populi, in si ff. de iustit. & iure. vbi comprobant pluribus exemplis, & ita notandum esse inquit, quicquid dixerit Bal. in l. maximum viuum colum. penult. C. de liber. præter. Hec enim conclusio suadente maxime equitate & ratione locum habet, vt notat Bal. in l. non dubium. Cod. de legib. quem ibi sequuntur. Doct. Vt si aliter intelligatur, maxima sequatur iniquitas, absurditas, vt inquit Bar. & sequuntur. Doct. in d. Lomnes populi, in b. quest. princip. Merito redeundo ad rem nostram: illa argumentatio, quod statutum generaliter loquens generaliter intelligendum sit & comprehensiat omnes causas, contrarium suadente aequitate vel iuris communis dispositione locum non habet: cum illa generalitas ex iuris mente restringenda sit, vt ex multis exemplis colligitur in d. Lomnes populi, in d. b. questio. princ. Vnde cum in casu nostro si statutum loquens de absentibus, ita generaliter & indistincte de quocunq; absente & ex quacunq; causa intelligeretur, esset plane iniquitatis fomentum, & maxime absurditas inducendum: merito vt tollatur absurditas & iniquitas, vt ad terminos & interpretationem communis restringatur, necesse est: Quod aut generaliter & indistincte de quocunq; absente intelligendo inquiras & absurditas subordiatur, manifeste ex infra scriptis appareat, & exemplificando in statuto nostro Florentino ponamus, quod absens reuertatur, vtq; tempus anni ab ipso redditu reuerso currere incipiet. Vnde si iterum abeat, certe si verba ipsius statuti attendamus, ex quo generalia sunt, cum iterum sit absens annum amplius ei non currere dicendum videretur: Nam eum abesse verum est, & in eo verba statuti verificarci, ergo & statuti dispositio in eo locum habere deberet. l. hos accusare. §. fin. ff. de accusat. & c. indemnitatib. §. pen. extra de electio. Sed hoc iniquissimum & absurdissimum esse certum est, ergo ab illa generalitate arguendum, vt supra diximus, non est: posset enim quicunq; ad libitum beneficium statuti in favorem illius introductum, cui bona in solutum data, vel ad indicata essent, vel vendita tollere: ita vt nunquam in dictis

bonis sibi venditis & adiudicatis, vel in solutum datistuti essent, contrarium tamen statuentes, vt ex eo apparet, procul omni dubio voluerunt. Ut igitur huiusmodi absurditatem & iniuriam euadamus, argumentum l. nam absurdum ff. de bonis liberum etiam quia statutum in casu absurdio intelligi non debet. l. ad exhibendum ff. ad exhiben. Merito dicendum est illam generalitatem restringendam esse, vt de quocunq; absente & ex quacunq; causa non intelligatur: sed de absente tantum iusta rationabilis; de causa: ut pura reipublica, de qua loquuntur multi tex. in tit. ex quib. cau. maior. & presertim in l. nec non. & in l. is. qui eo. tit. & in c. l. in tit. quo tempo. miles inuest. pet. poss. in ysbis feudorum, vel de absentia, causa mercaturæ, quæ vt plurimum absentia causam prebet. De huiusmodi enim absentia statuentes cogitasse credendum est: nam cum magis peculiaris absentia sit: statutum ad illam potius referri debet, tanquam frequentius accidat, vt est text. in l. nam ad ea. & l. iura ff. de legib. De iis enim, quæ aliquando accidere possunt, leges & iura non constituantur. l. ex his. ff. evd. tit. tum eriam, quia verba statutorum & cuiuslibet alterius dispositionis semper qualitati & conditioni adaptari & accommodari debent, quarum causa statutum & dispositio emanavit. l. ex militari ff. de milit. testam. & l. plenum. §. equitii ff. de ysa & habit. & l. stipulatio ista. §. hac quoq; ff. de verb. oblig. Causas enim statuti & verborum magis quam verborum proprias significaciones inspicimus, vt inquit gl. in l. in vendit. in fi. ff. commun. predio. & notat Bal. per illum tex. in l. quamvis. col. 9. C. de fideicom. Unde dicimus mentem statuentium etiam tacitam vt expressam magis quam verba seruandam esse. l. inter vestra ff. de auro & arg. leg. & habetur in Leum, quādo. C. de legat. Et prefecto tales fuisse mentem statuentium dubitandum non videtur, cū vt supra diximus talis absentia frequentius accidat, & ideo ac si expressa fuisse haberi debet, vt inquit gl. notabilis in l. tale pactum ff. de pact. vbi Bar. id dixit, locū habere, siue cōventione siue statuto aliquid cōstituatur. Plane statuentes de omni absentia intellexisse dicendum non est, & presertim à culpa & delicto ipsius absentis prouidente: Absurdum enim esset, si ob ipsius culpam & infamiam huiusmodi priuilegium consequerentur, quod ei potius detrimēto esse deberet, vt inquit gl. in d. c. i. extra quo temp. min. Nam, vt inquit illa gloi. dolus & culpa alicuius eum relevare non debet: Nec cuique propria temeritas & demeritum lucro cedere, vt est tex. in l. verum. §. tempus ff. pro socio. & in l. prima ff. de dolo. & in l. nec ex dolo. C. de episcop. & cleric. notat Bald. in l. Papinianus ff. de minor. delinquentem priuilegium non mereri. Nam quemadmodum iniquissimum esset, vt quis de eo, de quo præmium consequi posset, puniretur, pariter etiam absurdum & prorsus inconveniens esset, si immunitatem & priuilegium pena & delictum tribuerent. l. relegatorum. §. fin. ff. de interdict. & relegat. Ut igitur prædicta absurditas evitetur, non de absentia à culpa absentis intelligendum est, sed de iusta & probabili, ac de ea cui fauendum sit: id quod ex aliis quoque casibus exceptis manifeste appetit, quando minores & mulieres excipiuntur, quibus quantum leges omnes & iura fateant, nemo etiam mediocriter in iure ciuii versatus ignorat. Et ideo ex prædictis concludendum videtur, statuta generaliter & indistincte loquen-

De Executionibus, Tractatus. §.4.

267

loquentia à iure communī restrictiuam interpretationem recipere & de illis absentibus loquantur, quibus iura fauent, & tempus non currit, vt voluit gl. in d.c. l. in tit. quo tempo. miles. & sequitur ibi Iacob. de Beluis. Nicola. de Matth. & Aluarot. vt refert & sequitur Socin. sen. in consil. 66. visa, col. 8. vol. 3. vbi in his terminis concludit, eum qui reipublicæ causa abest, excusari, vt voluit iterum gl. iuncto tex. in l. nec non ff. ex quib. caus. maio. vbi lex loquitur de absente studiorum causa: & tandem ei subueniendum concludit, et si procuratorem nō dimiserit, cum dimittere potuisse: Nam, vt inquit gl. ibi, si aliter dicemus, nulla esset inter huiusmodi absentes & relegatos differentia. Id quod profecto dicendum non est, cum relegatus, ex quo procuratorem dimittere potest, non restituatur. l. Papinianus ff. de minori. Vbi expresse habetur relegato reuerso tempus nō prorogari restitutionis in integrum, ex quo ea de causa fuit absens, qua procuratorem dimittere poterat: sibi enim imputet, quod procuratorem non dimiserit, vt est gl. quam sequuntur Doct. in l. si qua. §. 1. ff. ex quib. caus. maio. & alia gl. in c. biduum. 2. quest. 6. Intelligenda igitur sunt huiusmodi statuta, vt ei absentiae cui ius commune subueniat, fauere voluerint, non de ea quæ absentis culpa accidit: ei namque, vt est absentia relegationis, ius commune non fauet. d. l. Papinianus. Et id eo magis dicendum est, si lis iam mota & incœpta & sententia lata de vendendis bonis: Nam qui discedit lite iam mota & incœpta, pro absente haberet non debet, nec ex ipsa absentia beneficium cōsequi: ex quo enim litem motam & incœptam sciebat, & sententiam iam latam de vendendis dictis bonis vel in solutum dandis: posse quæ paulo post ad vēditionem dictorum bonorum, vel in solutum dationē deueniri, & ex consequenti ad actum sibi præjudiciale: merito ei si non dimisso procuratore, qui causam defendat recessit, imputandum est, vt inquit in his terminis Bart. ff. de in integ. restit. concludens quod licet absenti leges & iura restitutionis in integrum beneficium concedant, illud tamen cum absentia mota iam lite cœpit, concedendum non esse, ob id quod scire debebat procuratorem dimittere, & se defendere oportere: & ideo damnum, quod sua culpa patitur, sibi imputandum esse. Hanc declarationem sequitur ibi Alber. de Rosa. & Bal. & iterum Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Vbi addit id non solum verum esse, cum quis lite iam incœpta discedit, sed etiam si fuerit præparata: cum lis præparata pro cœpta in pluribus casibus habeatur, vt habetur in l. posthumus. §. fin. ff. de in offic. testam. & in l. si pater, & in l. scimus. C. eod. tit. Ergo id multo magis lata iam sententia procedere dicendū est. Addendum præterea est, idem concludendum esse, si absens procuratorem negligentem reliquerit: nam pariter id illi imputandum est, vt voluit Bal. in his terminis, in l. is, qui ff. ex quib. caus. maio. dum inquit eum qui reipublicæ causa abest, si procuratorem à quo defenderetur reliquerit, & in integrum restitui peccat, audiendum non esse, stante huiusmodi procuratoris dimissione, sed ei aduersus temporis læsionem nocere, ex quo procurator dimissus præscriptionem interrumperet: habet enim absens actionem mandari aduersus procuratorem, vt inquit gl. in d.l. is, qui. & cum ea transeunt Doctores. ff. & C. mand. & presertim in l. si maritus. C. eodem tit. Imo fortasse

stante dimissione procuratoris quempiam absensem non fuisse fortasse dici potest, cum procuratoris persona eadem sit cum persona domini, vt dixit gl. in l. si procurator, la 2. ff. de dolii excep. & factum procuratoris, dicitur factum domini. l. certe. §. 1. ff. de precar. & tradit Alex. in l. stipulatio. §. si stipuler. colum. 3. ff. de verb. obligatio. Vnde dixit glos. in d. cap. 1. in tit. quo tempo. miles, eum qui dimisit procuratorem, proprie absentem non esse, iuribus vulgaribus. Cum igitur ob præsentiam procuratoris quis præsens dicatur, merito verba statuti de absente loquentia, & sic de vero & proprie absente ad eum accommodari non possunt, & ex consequenti nec eius dispositio. d.l. hos accusare. §. si ff. de accusat. Et ideo Bal. in d.l. is, qui dixit, cum procurator est præsens, & dominus etiam saltem interpretatue præsens dicitur, ex causa absentia restituendum non esse. Non est etiam omittendum ideo statuta prædicta huiusmodi priuilegii absentibus concessisse, quia ob ipsa absentiam agere non possunt: quæ quidem vñica ratio tantum cum considerati possit, pro expressa habetur. l. quamvis, vbi Bal. C. de fideicon. mis. vt scilicet agere non potuerit: Et ideo succedit illa vulgata iuris regula, de qua in l. 1. §. fi. C. de anna. excep. quod non valenti agere non currit præscriptio: Quæ quidem tunc locum habet, quando impeditus & sic absens, qui allegat se absentia impedimentum duo procurauit. Primum vt fecerit quicq̄t id potuit, vt impedimentum tollerer: & sic vt redire posset, vt notat gl. in c. quia diuersitatem, in verbis, suspitionis, vbi Abbas, extra de concess. præben. concludentes prædictam regulam procedere, si vt impedimentum tolleretur, diligenter adhibuerit: Qui enim vt possit curare potest, posse vñique videtur. l. qui potest. ff. de reg. iur. & tradit Bal. in l. 1. in fi. ff. de præscriptio. & in l. sed si per prætorem. §. 1. per illum tex. ff. ex quib. caus. maio. Secundum autem est, vt ipse impeditus curet ad hoc vt ipsa regula procedat: debet namque protestari, de suo impedimento tenetur, vt est gl. in c. 1. & in c. plerung. extra de rescrip. & tradit Barbat. qui multa ad hoc cumulat, in consil. 41. vol. 1. Et ideo cum hæc duo non obseruantur, remedium hoc absentia suffragari non potest. His non obstantibus, qui primam opinionem sequentur, non desuere, moti illa vulgata, regula q̄ non valenti agere non currat præscriptio, de qua in d. l. 1. §. fi. ff. de anna. præscript. + etiā si impedimentum culpa ipsius absentis processerit, dummodo talis 4 culpa principaliter ad huiusmodi impedimentum ordinata non sit, vt habetur in d. c. quia diuersitatem, extra de excess. prælat. Quando autem culpa principaliter ad impedimentum tradunt ibi Dd. & in c. cum inter, extra de exceptio. & tradit Felin. in c. 1. extra de præscriptio. Huic opinioni videtur etiam adhærente aliis, qui licet eam non firment omnino, dicunt tamen illam opinionem vndeque tutam non esse, & non videtur præscriptionem currere contra absentes etiam ex causa relegationis, propterea quod quando præscriptio non currit impedito, ei etiam culpa propria impedito currere non debet. d.c. quia diuersitatē, extra de excess. prælat. verific. si tantum temporis. & ibi Ioan. de Ana. qui dicit alias pro hac opinione consuluisse, & sequitur Ias. in §. rursus. num. 26. Inst. de actio. vbi num. 58. inquit, quod licet quis sit absens ex iusta causa, curratque contra eum præscriptio, dandam tamen esse ei contra præscriptionem propter ignorantiam in integrum restitutio-

nem, & plures concordantes Doctores refert: & assertit hanc esse communem opinionem, & si non nulli contrarium voluerint. Comprobatur, quia absens semper ignorare presumitur, ut voluit Decius in consil. 64. & diligenter pro viribus, num. 5. Ignorans vero, contra quem aliqua currit prescriptio, semper ob illam clausulam insta ignorantie restituendus est, ut inquit Bart. qui sequitur hanc conclusionem, in l. i. §. si quis autem ff. de itin. actuque priua. vbi idem sequitur etiam Alexan. in longa apostilla, & cum Bart. concludit. Praterea eandem opinionem sequitur Abbas in c. vigilanti, in vit. notabili, extra de prescriptio. vbi Felinus quoque idem tenet. Hanc praterea esse communem opinionem dixerunt Imola & Castr. in l. Pantonius ff. de acquir. hered. & Balbus in suo tract. presumpt. in 4 parte 4. partis principalis, in versic. 29. & Joan. Rub. in consil. 98. viso testamento Ioannis. & Socin. in l. cum filius. §. in hac ff. de verb. oblig. vbi dicunt & ipsi quoque hanc esse communem opinionem. Vnde sequitur, ut praedicta statuta possint etiam in absente ex propria culpa locum habere. Illud tamen adnotandum est, in dubio quem iusta de causa abesse presumi debere, cum contrarium non probatur. l. si cum seruum, §. fin ff. de fideicom. liber. & l. non omnes. §. a Barb. ff. de re milit.

C A P. CXXV.

A R G V M E N T U M.

Præscriptio statutaria excipiens minores, an id fiat ex capite non currentis temporis, an vero restitutio-

S V M M A R I A.

- 1 Præscriptio statutaria, an currat contra minores, vel ei restituzione in integrum subueniendum sit.
- 2 Datio in solutum rerum minorum post quinquennium incæpta maiori aetate confirmatur.
- 3 Tex. in l. fin. C. si maior factus, declaratur.

Septuagesimoquinto, quoniam statuta, quæ de huiusmodi præscriptione loquuntur, solent plerunque minores excipere, merito hoc loco querendum est, † an his minoribus ex eo subueniatur, quod præscriptio non currat: vel quod in integrum aduersus tales præscriptionem restituantur? Huius dubitationis duas sunt opiniones: Prima est, ut contra minores præscriptio currat, sed ipsis minoribus beneficio restitutio in integrum subueniatur, hanc opinionem tenuit Bal. in consil. 480. volum. 5. quem sequitur Matth. Afflict. in decis. 370. num. 4. Secunda vero est opinio Bart. in l. fin. in f. C. in quib. casib. restit. in integr. necessar. non est. qui voluit, ut talis præscriptio stante minori aetate non currat, sed ea completa incipiat: de qua late tradit Decius in consil. 556. Stantibus igitur his duabus iniucem repugnantibus opinionibus, dicendum est, † quod licet ille, contra quem facta est adjudicatio vel in solutum datio, sit maior annorum 22. ea datio in solutum seu adjudicatio confirmata intelligitur: et si dicatur nulla exitisse, vixputa de rebus minoribus facta & solemnitatibus à statutis locorum requisitis non accendentibus, & præsertim ob defecum tutoris vel curatoris; atnam cum minor quinquennium post maiorem aetatem tacuerit, ille actus spe-

ciali prouisione d.l. fin. C. si maior factus, conualidatur. Ille † namque text. licet de actu gesto ab ipso minore loquatur, secundo decreto interueniente, ut declarat Bart. in d. l. fin. quem sequuntur quamplures, Bal. tamen in consil. 45. volum. 2. in quibuscumque nullitatibus procedere arbitratur. De his autem tam variis opinionibus tradit Paris. in consil. 49. volum. 1. & concludit, quod si teneamus opinionem Bartoli, eam limitare teneamus in casu, in quo ultra quinquennii taciturnitatem, aliquis ratificationis actus interuenient. Quod autem contractus minoris nullus celebratus lapsu quinquennii eo maiore facto comprobatus censeatur ac conualidatus, firmat idem Parisius in consil. 33. num. 29. cum sequen. volum. 1. & rursus Decius in consil. 109. in casu proposito, num. 4. versic. praterea etiam dato. & in consil. 232. num. 5. & Alex. in consil. 17. viso processu, num. 2. volum. 5. & Ruin. in consil. 170. volum. 1. & Curt. iun. qui consuluit in eodem casu Parisi, in consil. 58. volum. 1. & Paris. in dicto consil. 49. qui omnibus respondet, que in contrarium adduci possunt.

C A P. CXXVI.

A R G V M E N T U M.

Præscriptio statutaria excipiens pupilos, excipit quoque eorum socios.

S V M M A R I A.

- 1 Præscriptionis statutaria tempus socii etiam pupilli non currat.
- 2 Persona alterius quis illud consequitur, quod ex persona sua consequi non potest.
- 3 Socii in solidum tenentur.

Septuagesimosexto, ex præcedenti conclusione, infertur etiā ad socios pupilli, & quod eis quoque tale tempus nō currat, & ideo præscriptio non obster dicendum est. Id autem indiuidutatis ratione accedit: exemplum ponit potest, si fortasse quispiam bona aliqua in solutum acceperit, in quibus pupillus, ut haeres patris ob aliquam societatem contractam sub nomine eius patris & sociorum ius aliquod crediti habeat. Nam huiusmodi tempus à statutis locorum ad præscriptionem inducendum ei non currat, eis quoque non currere dicendum est: & licet satis clarum sit, † quem quandoq; illud ex persona alterius consequi, quod ex sua propria consequi non potest, ut inquit Ias. in l. si emancipati, colum. 3. Cod. de collatio. Dici tamen posset, id fauore seu contemplatione ipsius pupilli non esse, ut alii quoque sub suo priuilegio includantur, propterea quod de persona ad personam extensio fieri non debet, sed à natura negotii id procedere: propterea quod totum hoc ius vti ipsius pupilli consideratur, cum ipse solus ut haeres patris exigere possit, † vt accidit inter socios, qui in solidum tenentur, tam de iure, ut tradit Bart. & sequuntur alii in l. eandem, q. 7. ff. de duob. reis. & iterum Bart. in authen. hoc ita, in q. quest. C. eod & Alex. in consil. 148. volum. 2. & late Ias. in l. si unus ex argentariis, in princ. ff. de paſt. quam etiam respectu statutorum locorum, vbi de hoc disponitur, & Florentiae attentis statutis curiæ mercantiae, sub rub. 26. incipiente, quod quilibet sociorum & sub rub. 16. in 4. vol. statutorum mercatorum.

C A P.

C A P. CXXVII.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio statutaria non currens contra minorem, an currat contra fiscum, aut eius cessionarium.

S U M M A R I A.

- 1 Prescriptio, quæ non currit contra minorem, an pariter non currat contra fiscum.
- 2 Fiscus & minor pari passu ambulant.
- 3 Extensio non dicitur fieri, ubi est eadem ratio & omnimoda similitudo.
- 4 Gabellam solvens pro aliquo, si habeat regressum, potest exigere contra mulierem defuncti, etiam quod eius bona in solutum acceperit, & transuerit annus.
- 5 Priuilegium competens minori, eius heredibus non competit.
- 6 Cessabile non est illud, quod ad heredes transmitti non potest.

Septuagesimo septimo fuit etiam iuxta prædicta dubitatum, an quemadmodum præscriptio statutaria † contra minorem non currit, pariter etiam contra fiscum, vel eius cessionarium, & ab eo ius habentem non currat? In hac quæstione nonnulli pariter contra fiscum non currere existimarent: & ratio est, quia fiscus & minor pari passu ambulare dicuntur, ut voluit Alexan. in consil. 196. perspectis narratis in themate, colum. 2. versic. cum Republica Florentina, numero 4. volumine sexto. Et notat Bartol. in l. apud hostes. ff. de capt. & postimin. reuers. & in quam pluribus aliis locis ibi citatis, statuta facere posse & disponere, ut si bona ad Ecclesiam perueniant, vel ad alium quemlibet priuilegiatum, ipsa Ecclesia pariter & priuilegiatus ad ea onera teneantur, quibus bona antequam ad eorum manus peruenient affecta erant, iuxta cautelam Bart. in l. placet. C. de sacro sanct. eccles. & clariss. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. & alibi saep. quam cautelam ultra alios sequuntur & repetentes in dict. l. placet. & sequitur etiam Paul. Castr. cum aliis sociis in compilatione statutorum nostrorum, reprobantes Bal. qui tenet contrarium in l. fin. C. sine cen. vel relict. & tenuit etiam Socin. in consilio 12. volum. 4. quicquid tenuerit etiam Felin. post alios in c. ecclesia sanctæ Mariae, colum. 27. versiculo, quinto quero. extra de constitutio. Qui licet contrariam opinionem tenere videatur: alii tamen Doctores communiter pro comperto habere videntur, ut pro gabellis collectis, & tributis iam præteritis ecclesia & quilibet priuilegiatus teneatur: et si alicer fortasse de futuris dicendum esset, ut inquit Ias. post alios, in d. l. placet, in colum. fin. versiculo, intellige, nisi pro tributis, per ea quæ notat glos. quam dicit singularem in l. incola, in principio ff. ad municip. quam glos. refert & sequitur Parpal. in dict. l. placet, colum. 49. versic. aliam autem limitationem, numero 132. & hoc idem tenuit Lauren. Caſan. in consilio 7. quia ante quæsum est, colum. 5. versic. quod autem clerici, per text. ultra illam glos. in l. fin. §. huiusmodi ff. de muner. & honor. Et ideo redetinendo ad rem nostram, si præsupponamus bona data in solutum tempore dationis fuisse pro ipsa gabella obligata: licet ad manus vxoris, cui in solutu data sunt iure suæ dotis priuilegiatae: dubium tamen non videtur, quin cum suo onere perueniant, quod quidem ad diem contractus retrotrahatur: & si longe post solutio gabellæ facta sit, ut inquit Caſt. in d. l. fin. C. sine cen. vel relict. Nec huic conclusioni obstat videtur, si fortasse dicatur id in fisco accidere posse: secus vero in cessionario, cum cessionarius regulariter non vratetur priuilegio cedentis, ut inquit Bart. & sequuntur alii, in l. post dorem, in fine ff.

sionarium communis non currat, ut generaliter contra alios suadere non videatur: id quod etiam de cessionario minoris dicendum videtur, ut in specie de rescripto tradit Ioan. Andri. in c. fin. colum. prima. vbi Abbas in secundo notabili, extra de rescript. Nam cessabile † non est illud, quod ad heredes, transmitti non potest, d. l. si ex pluribus, & l. non solum. §. si puella. ff. de secund. nupt. & notat Bald. in rub. C. de nouo C. confir.

Hæc secunda conclusio potest & debet limitari, quando bona in solutum data & adiudicata, ante pro ipsa gabella essent fisco obligata: quandoquidem tunc ad quascunque manus quantumcumque priuilegiatas perueniant, cum eo onere ita disponente statuto edito anno 1481, peruenire intelliguntur: id quod de aliis quoque locis, vbi huiusmodi statutum extaret, dicendum est, de cuius validitate dubitari non debet, cum plerunque legitur, communitates & resplicas statuta cōdensia authoritatem habentes, ut erat Republica Romana, & aliae similes superiorē non recognoscētes, ut est Florentina, & Serenissimus Dominus Dux, ut inquit Alexan. in consil. 196. perspectis narratis in themate, colum. 2. versic. cum Republica Florentina, numero 4. volumine sexto. Et notat Bartol. in l. apud hostes. ff. de capt. & postimin. reuers. & in quam pluribus aliis locis ibi citatis, statuta facere posse & disponere, ut si bona ad Ecclesiam perueniant, vel ad alium quemlibet priuilegiatum, ipsa Ecclesia pariter & priuilegiatus ad ea onera teneantur, quibus bona antequam ad eorum manus peruenient affecta erant, iuxta cautelam Bart. in l. placet. C. de sacro sanct. eccles. & clariss. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. & alibi saep. quam cautelam ultra alios sequuntur & repetentes in dict. l. placet. & sequitur etiam Paul. Caſtrenſ. cum aliis sociis in compilatione statutorum nostrorum, reprobantes Bal. qui tenet contrarium in l. fin. C. sine cen. vel relict. & tenuit etiam Socin. in consilio 12. volum. 4. quicquid tenuerit etiam Felin. post alios in c. ecclesia sanctæ Mariae, colum. 27. versiculo, quinto quero. extra de constitutio. Qui licet contrariam opinionem tenere videatur: alii tamen Doctores communiter pro comperto habere videntur, ut pro gabellis collectis, & tributis iam præteritis ecclesia & quilibet priuilegiatus teneatur: et si alicer fortasse de futuris dicendum esset, ut inquit Ias. post alios, in d. l. placet, in colum. fin. versiculo, intellige, nisi pro tributis, per ea quæ notat glos. quam dicit singularem in l. incola, in principio ff. ad municip. quam glos. refert & sequitur Parpal. in dict. l. placet, colum. 49. versic. aliam autem limitationem, numero 132. & hoc idem tenuit Lauren. Caſan. in consilio 7. quia ante quæsum est, colum. 5. versic. quod autem clerici, per text. ultra illam glos. in l. fin. §. huiusmodi ff. de muner. & honor. Et ideo redetinendo ad rem nostram, si præsupponamus bona data in solutum tempore dationis fuisse pro ipsa gabella obligata: licet ad manus uxoris, cui in solutu data sunt iure suæ dotis priuilegiatae: dubium tamen non videtur, quin cum suo onere perueniant, quod quidem ad diem contractus retrotrahatur: & si longe post solutio gabellæ facta sit, ut inquit Caſt. in d. l. fin. C. sine cen. vel relict. Nec huic conclusioni obstat videtur, si fortasse dicatur id in fisco accidere posse: secus vero in cessionario, cum cessionarius regulariter non vratetur priuilegio cedentis, ut inquit Bart. & sequuntur alii, in l. post dorem, in fine ff.

soluto matrimonio. & Bald. in rubr. & in l. prima. C. de priuilegi dot. Quia ad hoc obiectum respondetur, & primum, praedictam obiectionem fortasse in simplici cessionario cedere posse: secus autem in subrogato in ius & statum subrogantis & cedentis, prout est in casu nostro, quandoquidem eius priuilegio vtitur, cum in omnibus eius personam re-presentet etiam in dispositione statutorum, ut expresse tenuit Bald. in l. per diuersas, quæstio. 10. C. manda. & moueatur argumento tex. in l. vel tempus ff. de vscap. Secundo etiam responderi potest: illam obiectionem procedere in cessionario vtente actionibus vtilibus, & sic propriis: secus vero directis & sic cedentib, ut videtur in casu proposito, ut expresse dicit Socin. in consil. 143. diu projecto anceps fui, colum. fin. versi. confirmantur, volum. 1. quod consilium est etiam sub num. 171. volum. 2. Et citat Bart. hoc idem, distinguendo tamen, tenentem in l. qui stipendia. C. de procurat. Pariter non videtur obstare, si obiciebatur de statuto nostro sub rubr. 57. de cogendo debitore, & de modo & forma dationis in solutum, quo cauetur neminem audiendum esse elapso anno super bonis in solutum datis, exceptis minoribus 18. annorum, absentibus & mulieribus constante matrimonio, quibus saluum sit ius. Nam huic obiectioni multis quoq; modis responderi potest: & primum quod cum a pari procedant fiscus & minor, ut inquit Alexan. in d. consil. 296. colum. 2. num. 3. vbi inquit Rempubli- cam Florentinam, & Commune Florentiæ pro minore haberi in dispositione statutaria: & ideo in integrum restitu debere: & non solum 18. annorum, sed etiam pupilos qui magis fauorabiles sunt. Secundo respondetur, quod prout contra Rem publicam Romanam non datur præscriptio, ut notat Bart. in l. fin. C. de fund patri. lib. 11. & Socin. in consil. 166. in causa Comitatus montis nigri, colum. fin. versi. sed clarum est, volum. 2. Pariter etiam ut contra alias Respublicas non detur dicendum est: cum ut diximus, & praesertim in hoc casu, a pari procedant. Tertio responderi potest, quod quicquid sit in aliis casibus, in casu onerum habentium continuum & vniiformem modum soluendi, nunquam præscribatur, nunquam contra fiscum præscribatur, ut dicit Paul. Castren. in consil. 212. Postremo res ista satis clara videtur colum. 1. volum. 2. in antiquis, per tex. in l. competit. C. de præscriptio. 30. annorum, erit dicat contra fiscum præscribi posse in casu aliarum præscriptionum non habentium continuum, & vniiformem modum, ut colligitur ex d. c. de quarta, iuncta c. non liceat, extra de præscriptio. Quarto & ultimo responderi potest, Respublicas seu filicum vel Duces statutis ipsius ciuitatis, non ligati, ut in simili de Duce Ferratæ consuluit Card. in consil. 21. volum. 2. circa statuta, quod consilium refert & sequitur Felin. in c. 1. col. 9. vers. quarta declaratio, extra de constit.

C A P. CXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

Statutum inducens præscriptionem, & elapso tempo-
pore ad præscribendum, denegat audientiam, an
comprehendat clericos & moniales.

S Eptuagelimo & tao prosequendo rem propo-
sitam, querendum est, tan statutum inducens

præscriptionem, & elapso tempore ad præscriben-
dum constituto denegat audientiam, comprehen-
dat clericos? & quod personas ecclesiasticas non
comprehendat, dicendum videtur, & ex cōsequen-
tia tempus à statuto constitutum eis non currat. Ra-
tio autem est, quia statutis ligari non dicuntur: vt
notat Legista in l. cunctos populos. C. de summa Trin.
& fide cathol. & Canonistæ in c. ecclesia sancte Marie,
extra de constit. & in c. quod clericus, extra de foro com-
pet. Nec obstat si forte dicatur hanc conclusionem
limitandam, & non procedere, quando clericus eo
statuto niteretur & ab eo vim & fundamentum re-
ciperet: vt puta si instrumenti alicuius liquidi &
concessionati executionem peteret: quod sane nisi
vi ipsius statuti executionem non haberet: Nam in
eo casu, vt ei de præscriptione & lapsu temporis
obiici possit, dicendum videtur, vt notat Bal. in l.
omni innouatione. C. de sacro sanct. eccl. argumento l. si
ex duobus ff. de legat. 2. & l. Caius. ff. de manu. & sequen-
tia Alex. in consil. 209. & sequen. volum. 2. & Socin. in
consil. 97. volum. 1. & Corn. in consil. 114. volum. 3. cum
aliis similib & facit l. 1. ff. quod quisque tur. Hæc tamen
conclusio non ita vera est, quin ex aliquibus satis
dubitabilis reddatur. Et primum, quia regula, de
qua supra, fauore Ecclesie non procedit, vt inquit
Abbas post glof. & Hostien. in c. nouit, colum. 4. ex-
tra de iudic. & in c. fin. extra de vita & honest. cleric. in l.
notab. & Lapis late in quest. 101. in fine. & Socin. senior
late in consil. 71. colum. penult. volum. 4. & notat Ab-
bas in c. illud. colum. 3. extra de prescriptio. concludens,
quod licet alioquin vñcapio procedat contra ec-
clesiam, ut magis communis & verior est opinio:
attamen fauore ecclesie contrariam sententiam
recipendam esse. l. sunt persone, in fine, rbi dixi. ff. de
relig. & sumpt. funer. Nam summa ratio est, quæ pro
religione facit. Secundo ex eo etiam redditur du-
bitabilis, quod posito, ut in ecclesia procederet, ad-
huc tamen talis conclusio non obstaret, propterea
quod loquitur in statutis dispositum qualificatiuis,
ut proprie loquitur Socin. in casu, de quo agit, &
Bal. in d. l. omni innouatione, & in l. 1. in fin. C. de contrah.
empt. & in l. fin. §. si vero postquam. C. de iure deliber.
& in l. in legatis. C. ad l. Falcid. & in l. contra iuri. §. fin. ff. de
pact. & tradit. Felin. in d. c. ecclesia sancte Marie, in ver-
sie. octauo quero, per iura, que ibi adducit Bal. in l. Caius.
ff. de manu. testim. & in l. sed si duobus ff. de leg. 2. Nam
huiusmodi qualitates, pars sunt ipsius statuti, & fa-
cit tex. in l. fundi. partem ff. de contrahen. empt. Et ideo
separati non possunt. Faciunt etiam ea, quæ notant
Repetentes Perusini in c. si duobus, in princ. & in c.
sape, in fine, extra de appellat. & Felin. in c. significauen-
tum, in l. & 2. colum. extra de exceptio. dum concludit
appellantium potestate non esse causas connexas
diuidere. Et ideo quando duo essent statuta sepa-
rata, merito ex diuersis illationem faciendam non
esse. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum vulgaribus.
Non videtur etiam obstare illud, quod dixit Feder.
Senen. de quo meminit Socin. in dicto consilio
97. dum generaliter loquendo concludit, eum qui
lege vel statuto in suum commodum vtitur, vide-
ri quoque contra se quamcumque recipere: quia
iuxta eiusdem terminos, si de persona ecclesiasti-
ca loquamus, eius dictum verum non est: nam ha-
bemus clericū etiam non perfecto inuentario hæ-
reditatem sibi delatam adire posse: & tamen ultra
vires hæreditarias non teneri, & sic priuilegium
esse

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

271

esse, ut voluerunt Bart. Raph. Ang. & notant in l. i. ff. de acquir. hæred. & tradit. Ang. Aret. in §. extrancis. in fin. versic. ultime notatur, insi. de hæred. qualit. & different. Non videtur etiam obstat illud, quod dixit Anch. quia & ipse de actu qualitate loquitur: nam dubium non est aditionem hæreditatis legata qualificare, propterea quod ille qui adit, cum legatariis contrahere videatur. l. ex maleficiis. §. hæres quoque. ff. de actio. & oblig. & tradit. Cart. iun. in consil. 102. nū. 7. & ideo hæreditate non adita, legata corruunt, etiam si ad pias causas acta sint. l. si nemo ff. de testa. tute. & l. eam. quam. C. desideicom. Iniquum enim esset, quem quam si non contrahat obligare: & id sine dubio multo magis procedit, vbi extat statutum, minores octodecim annorum excipiens: quia eadem ratio militat in clericis, aliisque personis ecclesiasticis: quod sane comprobatur ex iis, quæ notantur in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. Non obstat etiam quod minor & ecclesia ratione præscriptionis non parifcentur, propterea quod id simpliciter & absolute verum non est, nisi ratione maioris & minoris temporis, ut inquiunt recentiores Papistæ in d. auth. quas actiones. in fin. Sed sic est, quod plus & minus specificam differentiam non inducunt. l. fin. ff. de fundo instruct. instru. lega. Ergo.

¶ Præterea limitanda videtur præcedens conclusio in monialibus, ut eis scilicet statutaria præscriptio non obstat: nam cum sint claustrales ab ignorantia iuris excusantur, ut inquit Abbas in cap. quoniam, extra de simon. & in cap. ex multa, extra de voto. & ideo lapsus temporis ad præscribendum, eis obesse non debet.

C A P. CXXIX.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum vel adiudicatio
an possit infringi, ratione iuris ex
longo interuallo superuenientis.

S V M M A R I A.

- 1 Exceptio licet firmet regulam in casibus exceptis, non tamen ampliat, ut extensio fiat ad ea, quæ sub rub. non extenduntur.
- 2 Executionem sententia quando tertius comparens impedit posse, etiam si ille tertius aliud ius haberet quam pignoris.
- 3 Minores vel absentes habent restitutionem in integrum aduersus venditionem & adiudicationem factam à iudice etiam respectu iuris, quod eis tunc non competit.

Septuagesimonono, quoniam communis conclusio est, ut exceptio † firmet regulam in exceptuatis, ut supra satis concludenter probauimus, & ob id ad ea, quæ alias sub rubrica non comprehenduntur non extendantur. Merito in re proposita aliquando quæsitum fuit, an ad eos, qui tempore citationis vel dationis in solutum ius nullum habent in ipsis bonis in solutum datis, vel adiudicatis extendatur: sed ius quod habere prætendunt, deinde multo intericto tempore superuenit. Et in hac dubitatione primo ingressu ut non extendatur, dicendum videtur: Nam cum huiusmodi statuta præter ius commune præscriptionem inducentia exorbitantia sint, & iuris communis correctoria, v-

tra quam loquantur extendi non debent, ut supra sæpe dictum est. Et ideo qui ius aliquod habet, interim tamen non competens, sed competiturum aliquando, utputa quod bona alicui adjudicata, vel in solutum data aliqua molestia affici possent, ab eo qui fortasse iura dotalia anteriora haberet, & sua interesset, ne bona ipsa pro dote petita restituatur: utputa quia vendita vel adiudicata ita vili pretio fuerint, ut bona sua prius empta à doto debitor ei auferri possint, stante statuto aliquo in loco audientiam elapsò quodam tempore ad præscribendum deputato denegante, & requirente, ut ille qui agere vult, ius in bonis habeat, & inspecta statuti dispositione, ut non audiatur dicendum videatur. Quicquid sit de iure communi, quo inspecto videtur uti † tertius pro suo interesse comparere possit, & sententia, quæ contra condemnatum fieret, executionem impedire, et si ille tertius aliud interesse quam pignoris habeat. l. a Diuo Pio. §. si post addictum pignus. ff. de re iudic. & Alexan. in consil. 17. requisitus in causa, vol. 1. & in consil. 15. viso, & considerato, vol. 6. & Felin post alios in c. cum super, extra de sent. & re iudic. & Bart. in l. si perlusorio. ff. de appell. † Crederem tamen stante etiam huiusmodi statutis, si ille cui deinde ius superuenerit, sit minor, vel absens, restituendus sit in integrum aduersus ipsam ad iudicationem, vel venditionem à iudice factam ex capite minoris ætatis, iuncta laſione quæ deinde oriri posset, vel ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, propter absentiam iustamve & probabilem ignorantiam l. i. & toto tit. ff. ex quib. caus. maior. Et id ea de causa, ut pendente iudicio melius comparere & ius suum deducere possit: Non quidem ad executionem impediendam in solutumque dationem, vel adiudicationem, sed petendum ut adueniente conditione ius illud, quod sibi competitum existimat reseruetur & à iudice tunc illæsus reseruetur, ut notat Ias. in l. si stipulatus fuerim. §. si stipuler. ff. de verb. oblig.

C A P. CXXX.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum contra mino-
rem facta, quo tempore firmetur.

S V M M A R I A.

- 1 Statuta à præscriptione eximentia minores, conueniunt cum opinione Bartoli.
- 2 Adiudicatio si fiat seu in solutum datio contra maiorem annorum viginti duo confirmari videtur.
- 3 Datio in solutum seu adiudicatio nulla tanquam de rebus minoris sine solemnitatibus requisitis facta, conuadatur, si per quinquennium post maiorem atatem tacuerit.

Octuagesimo, addendum præterea est prædictis pro declaratione illorum statutorum, quæ à præscriptione † excipiunt minores, & mandant tempus ad præscriptionem constitutum minoribus non currere, ea cum opinione Bart. conuenire in l. fin. in fin. C. in quib. caus. restit. in integr. vbi dixit præscriptionem non currere daturante minori ætate, sed deinde incipere, ut late tradit Dec. in consil. 556. & si secundum opinionem Bald. in consil. 480. vol. 5. & Afflct. in decis. 370. num. 4. etiam contra minores currat, licet eis in integrum restitutio compen-

tat:

² tat: Verum quicquid sit in omnem + euentum, quando ille, contra quem facta sit adiudicatio, vel in solutum datio, sive venditio, hodie maior esset annorum 22, talis adiudicatio, vel in solutum datio, vel venditio confirmatae dicerentur. Præterea positio etiam, ut datio + in solutum, vel adiudicatio es-³sent nullæ, tanquam de rebus minoris solemnitatis requisitis non seruatis factæ attamen si per quinquennium post maiorem ætatem tacuerint, actus conualidatur ex speciali prouisione l.fin.C. si maior fact. qui quidem text. licet loquatur de actu gesto ab ipso minore, nullo iudicis decreto interueniente, vt inquit Bar. in d.l.fin. quæ sequuntur quan- plures: Attamen Bald. in consil. 45. vol. 2. in quibus cuncte nullitatibus procedere arbitratur, & de his opinionibus sequitur Paris. in consil. 49. vol. 1. concludens, ut si teneamus opinionem Bart. eam tam limitandam esse, nisi ultra ratitudinem quin- quennii aliquis actus ratificatus interuenerit.

C A P. CXXXI.

A R G V M E N T V M.

Præscriptio statutaria tunc obest, cum de ea excipitur.

S V M M A R I A.

- 1 Præscriptio statutaria tunc prodest, cum de ea in iudicio excipitur.
- 2 Prescriptionis exceptio nisi fiat, iudicium tenet & sententia subsistit.
- 3 Audientia denegatio à statuto inducta ita obstat, vt processus deinde sequutus in fauorem cuiusque post tempus constitutum corrueat, etiam si non opponatur.

Octagesimo primo præscriptio statutaria tunc prodest, cum de ea + expresse in iudicio obicitur, propterea quod quando statuta personas inhabiles non reddit, eas ope exceptionis reiiciendas esse intelligendum est, vt voluerunt Alexan. & Ias. in l.1. §. sublata. ff ad Senatus consult. Trebell. & tradit. Bart. in l. cum lex ff. de fideicom. & Ang. in l. 4. C. de vsu cap. pro empto. & Aret. in consil. 81. Et ideo + si de ea non excipiatur iudicium tenet & sententia subsistit: comprobatur, quia cum præscriptio talis currat ex mera negligentia non perentis, vt etiam de præscriptione 30. vel 40. annorum à iure communis introducta dicitur, vt inquit Bart. in l. 2. §. si rem alienam. ff. de vsu cap. pro empto. & Alexan. in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit. & Paul. Castren. in consil. 285. hered. dicta pueræ, col. 2. & in consil. 286. alias 289. vñs his, per text. in l. contractibus, in fin. C. de non numer. pecun. vbi Bald. infert, quod cum exceptio præscriptionis de iure communis non sit penitus iuri agentis exclusiva, nisi opponatur, vt voluit Bart. in l. 1. §. accusatorem. ff. ad Senatusc. Turpil. & Bald. in l. fin. C. de editio diuui Adriani tollen. & in l. cum notissimi, vbi Ang. C. de præscript. 30. vel 40. annor. vbi concludit præscriptionem ipso iure actum non tollere, sed illum minus efficacem reddere, & ideo opponatur opus esse: pariter etiam hanc, de qua agimus, statutariam ipso iure ius agentis non tollere, sed ita demum si opponatur: vnde illud consequitur, vt eam tertius non habens causam à præscribente opponere non possit, per textum in terminis, in l. si quis emptionis. §. quod si quis. perfic. si vero. C. de præscript. 30. annor. de quo meminerunt etiam Bald. & Paul. Castren. in l. seruum. ff. defurt.

& Doct. in l. si alienam. ff. sol. matr. Id autem verum esse in terminis nostris videtur tam ex verbis, quæ ex verisimili statuentium mente suaderi. Mens namq; eorum fuit ipsis in solutum accipiētibus fauere, vt elapo tempore ab eis constituto, bona eis adiudicata vel in solutum accepta tuti ab omni molestia retinerent, vt colligitur ex verbis denegantibus audientiam. Plane si statuentes ius prorsus infra tempus constitutum auferre voluissent, vtique eos non esse audiendos dixissent, sed quod amitterent ius suum. Plane magna inter hæc verba differentia est: illa enim clausula, non audiuntur, iuris sui amissionem non infert, sed audientiam + in fauorem alicuius denegant: Alia vero venientibus post tempus deputatum & constitutum, ius omnino inferunt, argumento eorum quæ habentur in d.l. i. §. sublata. ff. ad Senatus consultum Trebellian. Præterea si aliter prædicta statuta interpretaremur, plane iniqua & sine ratione essent, cum non detur causa, quare in fauorem extranei in solutum non accipientis, vel habentis causam ab eo, ius suum domino, vel possessori, vel creditori, à statuto auferri debet. Accedat etiam quod talis interruptio, qua statutum irrationaliter redderetur, accipienda non est, argumento cap. erit autem lex. 4. distinct. tum etiam, quia statuentium intentio auferendi ius tertio sine causa non est: tum etiam, quia aliter intelligendo, ius commune magis laederetur. Ex quibus omnibus inferendum est, audientiam cenferi denegatam, quatenus contra eum, cui adiudicatur, vel in solutum datur agitur, vel ab eo causam habentem, non autem quo ad alios. An inaduertendum tamen est, limitari fortasse præcedentem conclusionem in illis statutis, quæ elapo ad præscribendum tempore, audiuntiam denegant: quandoquidem illa verba litis ingressum impediunt, vt notat Bart. in l. omnes. C. de fund. patrim. lib. II. Et ita obstat talis denegatio + audiuntia à statuto inducta, vt processus deinde sequutus in cuiusvis fauorem tēdat elapo dicto tempore factus corrueat, & ipso iure nullus, etiam si præscriptio non opponatur, esse intelligatur, vt inquit Imola in l. i. §. sublata. ff. ad Senatus consult. Trebell. vbi inquit Alexand. hanc esse magis communem opinionem: & idem voluit rursus Alexand. in consil. 37. viso & opportune discussio, num. 2. vol. 2. & late pro vtraque parte arguendo probat & concludit De cius, afferens communem esse opinionem, & ideo ab ea recessendum non esse, in consil. 275. in causa, quæ Luca agiatur, in 2. col. cum sequent.

C A P. CXXXII.

A R G V M E N T V M.

Dationem in solutum factam si quis vigore statuti ad tempus adhuc possit infringere quo tempore exclusus sit.

S V M M A R I A.

- 1 Res iudicata obstat, si quis infra tempus à statuto constitutum in iudicio non compareat, ad prosequendum iura sua, vel de illis experiendum.
- 2 Scienti causam agi, & sententiam latam esse, res iudicata præiudicat.
- 3 Sententia præiudicat tertio, si in iudicio interuenerit, vel fuerit citatus.

De Executionibus Tractatus. §. 4.

273

- * Tempus ad prosequendum ius suum, à statuto constitutum, quando expectandum non sit, & quomodo huiusmodi statuta intelligantur.
- 3 Statutum vtens eo verbo vniuersali, nullus, & aliquos excipit, omnes præterquam exceptos comprehendit.
- 6 Comparuisse & contradixisse, quando quis dicatur.

Octuagesimo secundo dubitatum præterea est, si fortasse statutum aliquod tempus post dationem in solutum creditoribus ad prosequendum ius suum concedat, quando ipsis creditoribus via præcludatur, ita ut amplius non admittantur. Et primo loco diceendum est, ipsis ius in bonis adiudicatis, vel in solutum datis aditum præcludi, quando ius aliquod prætendentes litem motam & causam agi scierint: & adjudicationis, vel dationis in solutum sententiam latam esse: eo namq; casu non solum infra decē dies ab eo die, quo sententia lata fuit, sed nec postea infra tempus ad prosequendum ius suum, illudve experiendum in iudicio comparuerit: In hoc enim casu eis rem iudicaram, vel statutariam saltem præscriptionem obstare dicendū est, Scienti enim causam agi, & sententiam latam esse, res iudicata obesse videtur, vt est text. & ibi notant Doct. & præsertim Alexi in l. sepe ff. de re iudic. & c. quamvis, vbi tradunt Innoc. But. & alii, & in §. suborta, extra de re iudic. & Röm in consil. 34. num. 6. Et ideo magis procedit, quando ius in bonis adiudicatis, vel in solutum datis prætendens in eo iudicio interuenit, in quo non solum de summa debita illi, cui bona fuerunt adiudicata, vel in solutum data, sed etiam de ipsa in solutum datione, vt inquit Egidius in decis. 712. secundum Dominos. sed refert etiam & sequitur Felin. Innoc. allegans in t. cum super, num. 10. extra de sent. & re iudic. Vbi expresse habetur, sententiam tertio qui in iudicio interuenit, vel fuit citatus, in sententia primi vel secundi decreti præjudicare, vt de tertio citato inquit glos. in l. cum miles ff. ex quib. cau. maio. & Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. & Cynus, Bart. & Abbas in locis relat. à Socino in consil. 168. num. 22. vol. 2. Et sic in hoc casu non videtur tempus ad prosequendum ius suum à statuto datum, expectandum esse: sed intra tempus ad appellandum constitutum, contradicendum, & agendum esse: Nec videtur obstare, quod nonnulla statuta aliquod tempus post adiudicacionem, & in solutum dationem prætendentibus ius aliquod in bonis adiudicatis, vel in solutum datis constitueré soleant ad ius suum prosequendum, propterea quod huiusmodi statuta quando quis in genere citatus est, intelligenda sunt: non autem quando vel in specie citatus fuit, vel causa agendi non ignoravit: sed in iudicio interuenit: Verum quando prædicta absolute vero non essent, sed de eis aliqua ex parte dubitari posset, illud tamen certum est, eum qui aliquod ius prætentit, infra tempus ab ipsis statutis constitutum comparere debere, iuraq; sua deducere ac prosequi: & ideo quando id non facit, amplius audiendis non est, statuta namque prædicta, vt præsupponitur, omnibus exceptis tamen enumeratis, audienciam denegant. Plane cum utantur verbo illo vniuersali, nullus audiatur, & nonnullos excipient, dubium non est, quin omnes præter ipsos exceptos comprehendere voluerint. *I. si chorus ff. de leg. 3. cum similis.* Nain cum verba ipsa

sint clara, ab eis recedendum non est. *I. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. cum vulgarib.* Id quod eo magis dicendum est, quod nonnulli excipientur: quo fit, vt in omnibus aliis regula & dispositio sum i debate, vt est tex. vbi citam tradit Bal. in l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40. annov. & late tradit Dec in l. ff. de rig. iur. & Aymon Crau. in consil. 214. num. 14. Er. id enim eo magis dicendum est, si statuta prædicta mandat cuilibet in genere citato, vt in caula procedatur: si vero non comparuerint, cuilibet intra quoddam tempus post sententiam comparenti ius suum faltum esse. Nam aut volumus ut comparendo in causa & suum instrumentum producendo præcedente protestatione, vt quis t' comparuisse & contradixisse intelligatur: & tunc quod sententia lata, quæ transiuit in rem iudicatam, quis amplius audiendis non sit, dicendum videtur. Aut vero volumus quod ex quo simpliciter protestatus est, iurat. men. l. u. ante sententiam vel post non deduxit infra tempus appellandi, vel in executione comparuisse non datur: & tunc clarum est, ius aliquod prætendens infra tempus constitutum, illud prosequi debuisse: post autem illud tempus audiendum non esse, propterea quod in genere citat, & qui comparuerint & verosimiliter causam agi & sententiam latam ignorarunt, cum vt vulgo dicatur, vox pra. conis paucis innotescat, infra tempus à statutis comparete debet: post illud vero tempus audiendi non sunt: Molto igitur magis eos, qui in iudicio interuenire, causamq; agi & sententiam esse prolatam facuerunt, infra dictum tempus comparere debere, & eo elapsi audiendos non esse dicendum est, *vulgata authent.* multo magis. C. de sacro san. eccl. Comprobaretur etiam multo magis conclusio nostra si statuta iis, quos excipiunt, post aliquod tempus vel quopiam accidente tempus ad prosequendum ius suum constituant: Nam multo magis eis dicendum est, qui in iudicio interuenient, tempus constitutum cucurisse, & de hoc non videtur dubitandum: quæ de lapsu temporis à statuto constituti obiectum in iudicio altera partium est, vt supra in alia conclusione traetauimus, quo fit vt non obstat illud, quod inquit Roman. in d. consil. eod. num. & Bald. in tract. præscript. in 4. parte, 4. part. princip. quest. 2. versic. octauo limita. & Paris. in consil. 169. & si considera, num. 5. volum. 4.

C A P. CXXXIII.

Argumentum constat ex Summario:

S U M M A R I U M.

1. Præscriptio statutaria modici etiam temporis, reputata annalis, biennalis, vel triennalis, bonam fidei existit, alioquin non opitulatur ei, qui bona in solutum accipit, & quando quis dicatur esse in bona fide, vel mala, late.

Octuagesimo tertio vt huiusmodi præscriptio statutaria cuiuscunque temporis sit, requiriatur bona fides: alioquin ei qui in solutum accipit, vel ei bona adiudicata sunt, opitulati non possunt, nec debet. Quæ sane mala fides protestatione induci videtur, & productione instrumenti, in quo aderat pactum, vt venditor post contractus resolutionem etiam partis venditæ non possit non solum reliquas tres partes, sed etiam nec integrum

tegrum prædium per decem annos vendere, aut quoquis titulo alienare, & in casu alienationis integrum prædium ei venditum intelligeretur pretio trium milliū florenorum. Præsupposita igitur mala fide, præscriptio non procedit. *cap. fin. vbi tradunt Doct. extra de præscript.* Quæ quidem conclusio licet sit iuris canonici, in præscriptionibus etiam statutariis locum habent, ut inquit Doct. de statuto disponente creditorem creditum suum elapsi decennio petere non posse. De hac conclusione tradit Bart. in *l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & rursus Bart. quem sequuntur Castren. Roman. & alii in l. sequitur. §. si etiam ff. de vsu cap. & Butr. & Felin. & alii in d. cap. fin.* ita ut magis communis opinio videatur, ut attestantur Port. in suis conclusionibus, & reg. commun. opin. vol. 3. conclus. 45. & Ant. Gabriel. in suis commun. opin. lib. 5. de præscript. conclus. 4. & de hac conclusione dubitandum non est. Videntur illud tantum superest, an posito, ut mala fides interruat statutariam hanc præscriptionem, in casu tamen proposito mala fides inducta videatur, vel hæc interruptio in hoc casu semper fiat? Posito igitur in proposita specie, ut protestatio talis instrumenti & facti legitime facta fuerit, ut tradit Bart. in *l. si quis inficiatus ff. depositi. & Felin. in cap. cum M. Ferrariensis. num. 50. extra de constit. & gloss. quam sequuntur Doctores in clement. causam, de election. & iterum Bart. & alii in l. non solum. §. morte. & in l. de pupillo. §. cum procuratorio. ff. de oper. noui nunciat.* Et in terminis tradit Castren. in *l. si fundum. num. 3. C. de rei vindicat.* qui de ea protestatione loquuntur, quæ à legitimo procuratore facta sit, videtur tamen ut in malam fidem non constitutum omnino dicendum: nec rei alienæ scientiam inducat, sed solum illius iuris, quod aduersarius prætenderet, si alienatio sequeretur: unde cum nullum ius tunc aduersario competere, inde inferri non videtur hoc prædium alterius fuisse, quam ipsius creditoris contra quem agebat, petendo bona sibi in solutum dari. Imo si recte consideretur in bona fide extitisse videtur, cum ad prædium ageret, quod erat sui debitoris, ut pro suo credito vero & liquido sibi adiudicaretur: Quæ quidem eius bona fides ex eo potuit confirmari, quod potuit arbitrari, huiusmodi pactum de non alienando in alienatione voluntaria, non autem in necessaria locum habere. *l. alienationis verbo, cum similib. ff. de verb. sign. præterquam quod potuit etiam credere, dictum pactum non alienandi ipsum prædium integrum, vel eius partem pretio conuento forsan iniusto non valere, vel saitem illicitum extitisse.* Potuit etiam eius bona fides ex eo confirmari, quod sententias adjudicationis dicti prædii, quæ in rem iudicatam transuerunt, obtinuit. Bona enim fides, quin à re iudicata proueniat, dubitandum non videtur: cum iuste ille dicatur possidere, qui tuto re authore possidet. *l. iuste possidet. ff. de re iudic.* Imo etiam ex iniustis & temerariis inducatur, ut inquit Bald. in *l. post gloss. ibi. C. vbi caus. stat. & tit. vero vel putatio, vel errore iniusto, ut voluit Castren. in l. 1. ff. de vsu cap. & in consil. 44. col. penult. vol. 2. & Alex. in consil. 125. col. 3. vol. 4. & sequitur Rub. Alex. in consil. 75. num. 4. assertens ex iniustis quoque causis bonam fidem induci, & hanc esse communem opinionem attestatur Didac. Couarr. & sequuntur illi, quos refert decis. Pedemon. 160.* Secundo loco animaduertendum est, prædictam

conclusionem de dicta bona fide tunc locum habere, vbi actio datur pro iure quæsto: secus vero pro iure querendo, ut est in proposita specie, in qua ius ei nisi sequuta alienatione, competere non videtur, ut inquit Ant. Gab. in *loco supra relato, conclus. 3. num. 13. versic. quinto limita. & comprobatur ius, quæ ipse refert, ita ut hac conclusio sit magis communis, ut inquit Port. lib. 3. suarum conclusionum, conclus. 45.*

Tertio etiam dici potest, prædictam conclusionem non procedere, quando verba ad creditores velius prætententes diriguntur: non autem ad debitores, ut est in proposita specie: quandoquidem tunc ex quo lex seu statutum negligentē punire intendunt, præscriptio enim cum mala fide procedit, ut inquit Castr. in *l. sequitur. §. si viam. num. 5. ff. de vsu cap. & Corn. Alex. Crot. & alii, quos refert Ant. Gabriel. in loco supra adducto, conclus. 4. num. 4. vbi dicit hanc esse communem opinionem. & Port. pariter in *loco supra relato, lib. 3. conclus. 45. in versic. tertio limita.**

Quarto in terminis prædictorum statutorum, quod mala fides non noceat iis, qui in solutum accipiunt: & si scierit alium habere priora & potiora iura, cum extent variis in locis multa statut. quæ propter negligentiam ius alterius auferunt, ut exemplum ponit in acquisitione intratur, si fortasse conductor ultra quinquennum in aliqua apotheca permanserit: Nam in eo casu dominus facultate locandi alteri priuatur, nec quisquam eam sine consensu ipsius conductoris conducere potest: & quod plus est huiusmodi ius ad hæredes transit, vediique potest, & alienari, & idem dicitur in stipulationibus pœnaliibus propter cessionem: & ideo idem quoque dicendum est de statuto imponente silentium domino locatori, afflictum seu pensionem infra tempus à statuto præfixum non petenti.

C A P. CXXXIV.

A R G U M E N T U M.

Actione perpetuata an expectandum sit tempus Iuris ciuilis 40. annorum, an vero sufficiat tempus statutariæ præscriptionis.

S U M M A R I A.

- 1 *Præscriptione statutaria interrupta, an ius agendi perpetuetur usque ad tantundem aliud tempus, vel ad decem trinta vel quadraginta annos.*
- 2 *Prescriptioni non computantur tempora, quibus curia non residet, tam propter amissionem actorum, quam ob quodcumq; aliud impedimentum: & ideo Florentia omnibus computatis fit extensio usq; ad triconta sex vel triconta septem annos.*
- 3 *Actio rescissoria durat annum: sed litis contestatione perpetuatur usq; ad quadraginta annos, & idem de aliis.*
- 4 *Statuto si caueatur, quod si creditor non petierit creditum suum intra 10. annos. non audiatur ulterius, si interrupta sit præscriptio litis contestatione, præscriptio statutaria cuiusq; temporis sit, perpetuatur ad quadraginta annos.*
- 5 *Verbum perpetuari simpliciter prolatum, quomodo intelligatur.*
- 6 *Lex vel statutum arctans, iuxta legem vel statutum arctans regulari debent.*

De Executionibus, Tractatus. §. 4.

275

Lex vel statutum interpretans, secundum legem vel statutum interpretantem intelligi debent.

Octuagesimoquarto quæstum etiam aliquan^t do fuit, an vbiunque litis contestatione, vel alio modo actio perpetuatur, † sit tantummodo expectandum tantudem temporis à statuto con- 2 lititi ad inducendam † præscriptionem: an vero ut labantur quadraginta anni opus sit, prout de hac quæstione inquit plurimum dubitasse, & adhuc dubitare Ias in § pœnæ. num. 112. Instit. de actionibus. Ratione autem dubitandi facere videtur, quod vbiunque actionis perpetuatio sit, semper talis perpetuatio ad quadraginta annos extenditur, cuiuscunq; temporis prima actio sit, siue annalis, siue decennalis, siue viginti, siue triginta annorum. Nec verum est actionis perpetuatione tantudem temporis addere, quod ab ipso statuto constitutum fuit; ita ut si fortasse statutum voluerit, ut infra decem annos creditor creditum suum petere teneatur, si deinde super tali credito lis contestata fuerit, si tempis duplicitur, & sic infra viginti annos petere possit. Quod autem præcedens conclusio vera sit, hoc exemplo comprobatur ibi Ias. Rescissoria † enim anni litis tantummodo est. §. rursus. in versic. intra annum, Instit. de action. vbi late tradit idem Ias. l. in honorariis. in versic. sed cum rescissa. ff. de action. & obligat. & tamen litis contestatione ad quadraginta annos perpetuatur, quemadmodum & aliae actiones, vt notat gloss. in l. fin. in versic. finienda. C. de in integrum restit. peten. & gloss. in l. fin. in ver. finienda. C. de dolo & iterum gloss. in d. l. fin. versic. exten- dimus. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Et h. s. mouebatur ad firmandum hanc conclusionem Ioan. de Imola in l. . . §. si rem. ff. de vsu cap. proempt. vbi infert ad statutum † disponens, ut si creditor suum creditum infra decem annos non perierit, deinde non audiatur: nam si præscriptio decem annorum litis contestatione interrupatur, tunc præscriptionem decem annorum à statuto inductam ad quadraginta annos protrahi & extendi, non autem si alii decem anni superaddantur, satis esse: & idem patiter in terminis statutorum iterum voluit idem Imola in l. si seruum. §. sequitur ff. de verb. oblig. & Ang. in l. sicut. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Etsi idem Angel. sibi contrarius in d. l. 2. §. si rem. ff. de vsu cap. proempt. vt voluerit predicitæ præscriptioni statutaræ decem annorum: si alii decem anni addantur ad perpetuationem, satis sit. Verum Ias. ibidem num. 114 multum inquit de prædictis dubitare, per tex. in d. l. fin. & in d. l. 1. versic. exceptis. propterea quod gloss. supra ab Imola adductæ expresse non dicant, litis cōtestatione vsq; ad quadraginta annos perpetuari, sed simpliciter rescissoriā litis contestatione perpetuari tempus ad perpetuandum necessarium non exprimentes: & ideo non inconvenire dici potest, si exponatur, † perpetuantur, id est, si decem anni adduntur: quemadmodum etiam in præscriptione triginta annorum, ut perpetua dicatur, alii decem anni addi solent d. l. fin. C. de prescript. 30. vel 40. annor. & d. l. 1. in versic. exceptis. Nisi fortasse dicimus, subdit ibidem Ias. quod licet illæ glossi, simpliciter dicant perpetuari, de quadraginta tanten annis intelligendum sit, & quod id denotet terminus, perpetuetur, videtur probare rub. Instit. de perpet. & tempor. act. Quemadmodum autem Imola au- thoritas spernenda non est, & præsertim, quia ne-

mo ei contradicit: merito Ias. eo in loco super hoc cogitandum reliquit, existimat tamen quo ad statutorum decisionem, Imol. recte loqui, ut scilicet litis cōtestatione perpetuatio triginta annos comprehendat, non ea Imolæ ratione quam supra re- tulit, sed ex eo quod brevior statutaria præscriptio, cum in locum maioris præscriptionis subrogata sit, eandem naturam redoleat, ut voluit Bald. in l. in contractibus, in fin. princ. per illum tex. C. de non num. pe- can. Et ideo infert ad statuta, quæ legales præscri- ptiones minuent, & id valde notandum existimat, cum igitur præscriptiones statutaræ cuiusvis tem- poris sint, loco præscriptionum triginta annorum, quæ de iure competebat, subrogata sint d. l. sicut. & d. l. omnes. C. de prescript. 30. vel 40. annor. si eius natu- ram imitetur, mirum non est, & ideo earum per- petuatio quadraginta annos, quemadmodum si prima perpetuata esset, impletatur. Quod autem huiusmodi præscriptiones statutaræ cuiusvis tem- poris præscriptionis triginta annorum natura imi- tentur & referant, tenet Bald. in l. fin. argumento illius legis. C. de tempor. in integr. restit. peten. Accedit prædi- ctis, ut supra etiam diximus, quod † lex arctans, iu- xtategim arctantem & eius naturam regulati de- bet, ut de lege interpretante † dicitur in Auth. de fi- liis ante dotal. instru. nat. in princ. & hanc probat Ias. eo in loco rationem & ea hanc firmat conclusionem. Illud etiam adnotandum est, quod ad perficiendam hu- iusmodi præscriptionem omne illud tempus, quo curia non resedit, deducendum est, quo ius impedi- mento, vel causa non resideat, ita ut Florentia a- missio actorum computanda sit: & ideo cum alio- quin esset statuto triginta annorum constituta, ho- die triginta annis non perficitur: sed facto diligen- ter calculo, & subducto toto tempore quo curia non resedit, ad triginta sex vel triginta septem an- nos extendetur, ut memini pluris calcatum fuisse.

C A P. CXXXV.

ARGUMENTVM.

Adiudicatio potest infringi re- fundendo pretium intra biennium:

S V M M A R I A.

- 1 Debitori de iure communi datur biennum ad recuperandum bona adiudicata creditori, soluto ei pretio.
- 2 Sententia absolutoria ab observatione iudicij, quando definitiva dicatur.
- 3 Sententia postquam transitum faciunt in rem iudi- catam, non potest amplius debitor a creditore bona asserere.
- 4 Debitor quando liberat bona, non solum debet conde- innari in expensis factis à iudice, sed etiam in ex- pensis reficiendis oblatori, & quemodo sententia fe- renda sit.
- 5 Tempus, quod datur debitori à statuto ad recuperan- da bona soluto pretio à creditore, est continuum, prout tempus l. fin. C. de iure domin. impt.
- 6 Tempus annale plurimum iurius fermentum habet.

Octuagesimoquinto debitori de iure † com- muni datur biennum ad recuperandum bo- na adiudicata creditori, ei soluto pretio, qui do- minium impetravit, ut habetur in l. fin. C. de iure domi

domi impetr. Attramen statutis quibus aliquod tempus, puta annus, ad bona ipsa in solutum data recuperanda, pendente iudicio, vel in causa appellatio-
nis conceditur: & sic ut debitor bona liberet, debitor ab obseruatione iudicij liberatur. §. fin. iuncta gl.
Instit. de perpet. & tempor. action. Et tradit Bart. in l. Ti-
zia. ff. de accus. & Ias. in l. properandum. §. & si quidem.
2 nu. 17. C. de indic. vbi expresse habetur etiam in tali
casu huiusmodi sententia absolvatoria, quæ suapte
natura interlocutoria est, definitiua dici, & vim
definitiæ habere: Verum quamprimum t tales
sententiae in rem iudicata transierint, non licere
amplius debitori ab inuitio creditore bona adiudi-
cata, vel in solutum data auferre, vt inquit Dec. in consil.
529. Illud ram. hoc loco omitendum non est, vbi
cunq; debitor t liberat bona, non solum in expen-
sis à iudice factis condemnandum esse, sed etiam in
iis, quæ oblatori refici debent. Si fuerit in causa ob-
latori: & eo casu iudex etiam venditioni locum nō
esse pronunciare debet. Est etiam animaduertendū
de ipso anno ad recuperādum bona in solutum da-
ta à statuto conceitto, seu alio quoquis ferias non esse
deducendas, tum quia statutum locum non habet
in casu, in quo lis non est, quando aduersarius cita-
tus nō comparet, & cum aliis in genere citatis sen-
tentia adjudicationis & temporis à statuto consti-
tuti, si qua dici posset, desisset: tum etiam quia illud
tempus à statuto constitutum continuū est, &
non vtile: tempus namq; à lege constitutum, con-
tinuum censemur, non vtile: nisi specialiter contra-
rium cautum reperiatur, vt dixit gloss. quam sequitur
Bart. & Ang. in rub. ff. de diuers. & temp. prescr. & Abb. in
cap. fin. extra de elect. & Ruin. in consil. 54. num. 6. vol. 5.
licet creditor tutus sit annali præscriptione præto-
ria & conuentionali, vt dicunt Doctores in locis
supra relatis, & ideo pariter idem in præscriptione
à statuto inducta dicendum est, cum dicatur lega-
lis, & à lege municipali inducta, & ideo respectu
subditorum lex civilis dici debet, vt habetur in §. ius
autem, Instit. de iure natur. gent. & civil. vbi tradit gloss.
quam sequuntur Aret. & alii late. Comprobatur præ-
terea, quia biennium t quod datur debitori ad rem
solutu pterio vel debito a creditore recuperādam,
qui dominium imperravit secundum terminos d.
l. fin. C. de iure domin. impetr. continum, nec non
& biennium, de quo disputant Doctores quos re-
fert Alexand. in l. si finita. §. Julianus, num. 120. an-
derur debitori volenti recuperare rem ex secundo
decreto adjudicatam censemur esse continuum. Et
6 facit, quia tempus t annale plurimū iuris fo-
mentum habet, vt patet in cap. plerunque, extra de rescript.
& in §. si quis autem non implens, in authent. de hered.
& falcid. & in cap. tertius, il 2. 54. distinc. cum concor-
dantibus adductis à Dyno in tract. prescript. & Balbo, &
prosequitur Ludouic. Gomes super Regula de annali,
in proœm. dum ait annalem quoque præscriptio-
neum fauorablem esse, & faciunt etiam ea quæ tra-
dit idem Ludouic. Gomes in eadem regula, quest. 73.
Vbi sex menses, qui dantur impetranti ad euocan-
dum possessorem annalem, & mensis qui datur ad
prosequendam causam, sunt continui, & in dictis
temporibus dies etiam feriati comprehenduntur,
ac non feriati rationibus ibi late ab eo deductis, ex
quibus ni fallor apparer differentiam magnam esse
inter perpetuationem actionis, & sic præscriptio-
neum statutatiam, quæ per perpetuationem reduci-

tur ad 40. annos: & aliam præscriptionem statuto
inductam, vel tempus ad liberanda bona debitoris
eià statuto datum, propterea quod, vt ex prædictis
duabus conclusionibus præcedentibus manifeste
apparet, cum de perpetuatione tractatur, feriæ nō
computantur, & sic ex consequenti tempus non
dicitur continuū, quando autem de tempore ad
bona in solutum data concessio tractamus, ex quo
continuum est, feriæ non sunt imputandæ.

C A P. CXXVI.

A R G V M E N T V M.

Sententia publicata vt emptori
tradatur res subhastata, potest debi-
tor eam adhuc luere.

S V M M A R I A.

- 1 Debitor etiam si processerit iudicis sententia mandans bona tenuta esse vendenda alicui tanquam plus of-
ferenti & instrumentum venditionis fieri, & de
pretio satisficeri creditori: potest comparere & of-
ferre se paratum oblatori reficere expensas & libe-
rare bona, & iudex tenetur pronunciare non esse
locum venditioni & condemnare debitorem in ex-
pensis oblatori.
- 2 Ius aliquod firmum alicui quasitum non dicitur con-
tra debitorem, licet iudex mandet instrumentum
venditionis fieri.
- 3 Venditio non dicitur, sed promissio de vendendo, si co-
ram testibus ad alium petitionem instrumentum
fieri præmittatur.
- 4 Notarius non dicitur rogatus de die promissionis, sed
de die quo fit instrumentum.
- 5 Tradita non dicitur res, donec fiat instrumentum.
- 6 Debitor amplius non auditur, cum facta est vendi-
tio, vel adjudicatio causa præcedentis sententia.
- 7 Factum quid non dicitur, cum aliquid superest agen-
dum.
- 8 Debitor si det licetiam creditori elapsu quodam tem-
pore vendendi pignus, eo etiam termino elapsop-
test soluere & pignus liberare.
- 9 Oblator si non soluat pretium, potest iudex iterum
vendere.
- 10 Oblatori nullum ius quasitum dici potest, stante ap-
pellatione.
- 11 Sententia extinguit pronunciatum.
- 12 Actio sequuta sententia oritur ex secunda sententia
confirmata, non ex prima confirmante.
- 13 Iuri offerendi est etiam locus pendente appellatione.
- 14 Conclusio in causa impedit, vt sententia, ne quid ulte-
rius fiat.
- 15 Sententia qua transiit in rem iudicatam, non datur
reclamatio.

Octuagesimo sexto quoniam sepe accidit, vt iu-
dex t pronunciet bona accepta in tenuta ven-
di oblatori plus offerenti, & instrumentum vendi-
tionis ei fieri, & de pretio creditori satisficeri, fuit
sepe dubitatum, an pendente appellatione à tali
sententia, si comparet debitor & offerat satisface-
re creditori & oblatori suas expensas bona in ten-
ta accepta, prædicta sententia non obstante, liberare
possit? In hac dubitatione liberare posse concludé-
dum est: nam licet à iudice sua sententia instrum-
tum t fieri mandatum sit: ex ea tamen pronuncia-
tione

tione nullum ius firmum oblatori contra debitorem & dominum rei acquisitū dici potest, est nanque solum quædam promissio devendendo portius quam venditio, ut exempli gratia dici potest, si fortasse quispiam + coram testibus alicui ad eius voluntatem & petitionem instrumentum venditionis faceret: nam eo casu prout in proposito non venditio, sed quædam venditionis pollicitatio dicetur, id quod ex eo etiam manifeste apparet, quod 4 notarius + non rogatur de illo die, sed de eo, quo instrumentum fit, ut inquit Pau. Castr. in l. qui bis. ff. de verb. obli. in quiens ibidem pro hac opinione consulisse & suo consil. se Raph. Cum. subscripsisse, & idem dicit iterum idem Castr. in d.l. cum res. C. de probat. quæ refert & sequitur Ias. in cons. 151. col. 1. vol. 2. Quod autē si dicitur & mandetur à iudice instrumentum venditionis fieri, non sit perfecta venditio, tenent Cyn. Bal. Matth. & Pau. Castr. in l. contractus, per illum tex. C. de fide instru. vbi pariter dicit pro hac opinione consuluisse, & eius consilium Doctores Paduanos subscripsisse, & in causa obtinuisse, & Ang. ibidem super glo. in vers. conficiunt, inquit pro hac parte in causa Ioan. Pelagani iudicatum fuisse, & eum sequitur Fabia. de Monte in tracta. de emptio. & venditio. in 2. parte principalis, in 3. & 13. q. Ut enim debitor liberatur, pretium solui necesse est. l. quæsitum. in princ. vbi 5 tradit Bart. ff. de pign. Nam donec + instrumentum non fit, restradita & pretium solutum dici non potest, quapropter tunc dicetur facta venditio, cum facta est + adiudicatio: & ex consequenti amplius non audietur, nec ei facultas dabitur soluendi, sed ad illud usque tempus tantummodo, quo vel venditio, vel adiudicatio perfecta sit, ut notat Bald. post gl. in l. fi. C. de author. præstan. per text. in §. præterea, l. si finita. ff. de damno infect. quem Alex. legit sub §. Julianus in fin. nu. 121. & notat Specul. in tit. de secundo decreto, in §. ultimo dicamus, in vers. quia quando cunque dominus veniens offerret debitori, restituetur eis res sua, nisi distracta fuerit iudicis auctoritate, vel in solutum data. Præterea, quod tantummodo soluto pretio respecta debitoris ius quæsitum intelligatur, colligitur iterum ex verbis eiusdem Specul. in eodem tit. in §. dicamus, in fine, ibi iudex pronunciabit venditionem faciendam. Ego rediens volo probare exceptionem mihi competentem, nunquid retractabitur venditio: Abbas inquit pretium tantum ex re vendita perceptum repeti posse: & ideo præsupponi pretium solutum dubium non est, & pariter in d. §. præterea. ibi, antequam à prætorie possidere iure dominii iussus sit: Id quod tunc accedit, cum instrumento confecto & pretio soluto, qua tamen solutione creditori satisfiat, & debitor liberetur à d.l. quæsitum, & l. rescriptum, in primo responso. ff. de distractio. pigno. id quod probatur in l. si mandato Titiis. §. si creditor. ff. mandata. vbi tex. ille expresse dicit, si creditor pignus veditat, debitorem non liberati, donec pretium solutum non sit: + Quandoquidem quid factum nō dicitur, cum aliquid superest faciendum. l. penult. C. ad Senatus consil. Syllania. Recipit enim venditio eslen-tiam & perfectionem à pretio. Vnde videmus etiā, q. 7 si + debitor permittat vendi pignus, si ipse quodam tempore constituto non soluat, eo tamen tempore elapsō debitorem non prohiberi quin ad liberaandum pignus suum soluere possit, ut notant Decius & Cagnol in l. fructus. ff. de reg. iur. Si tamen ipse debitor ante venditionem, vel in solutum datio-

nem ad soluendum & suum pignus liberandum venniat, ut inquit etiam Negusan. in suo tract. de pigno. in 4. par. prin. nu. 1. vers. non propter ea debitor. id quod etiam in his terminis firmat Deci. in cons. 552. ut quidem post venditionem seu dationem in solutum amplius retractari non possit. Nec videtur obstare, si in creditore non procedat: Nā ipse habita fide de pretio, soluere potest. l. eleganter. §. si vendiderit. ff. de pigno. actio. vbi tradunt communiter Doct. in terminis autem nostris loquimur de eo qui vendit pignus sibi à debitore consignatum iure creditoris, ut habetur in l. à Diuo Pio. §. si vendiderit. ff. de re iudic. & Alex. in d.l. in §. sed si emptor, num. 9. & Ias. ibidem, nu. 6. Tunc enim creditor succedit loco debitoris: quod sane non accidit, quando iussu & mandato iudicis venditio fit: quandoquidem tunc viator subrogatur loco iudicis executoris, & ideo tunc distractio non potest, nisi præsente pecunia, ut notat idē Alex. ibi, n. 4. & nu. 5. Et hanc eandem conclusionem tenet idem Ang. nu. 2. dum inquit, posse + iudicem 9 iterum vendere non recepto pretio & idem voluit in eodem loco Ias. nu. 6. si quod autem ius oblatori quæsitum est, est ut finita sit oblatio, non autem ut si debitor velit soluere, non possit non sequuta rei traditione. & pretii solutione, & pignoris distractio. Præterea dicitur aliud esse, ut venditio facta sit fide de pretio habita: & aliud quod vendere præmissum sit, & ut instrumentum fiat à iudice mandatum. Accedat etiam prædictis, quod stante + applicatione prædicta ab ipsa sententia, qua sententia tollitur effectus, ipsi oblatori ius aliquod quæsitum dici non potest. Appellatione nanque + extinguitur pronunciatum, ut inquit gl. post text. in l. i. in fine, ff. ad Turpilia. vbi notat Bar. Et licet glos. ibi, dicat suspendi, non autem tolli; verum tamen est, ut inquit Bart. penitus tollere: nam actio + sequuta 12 sententia oritur ex secunda confirmata, non ex prima confirmante, ut notatur in l. eos, in fine, C. de appellat. Præterea quod appellatio omnes iuris effectus extinguit, quos sententia produxerat, est tex. in l. i. in fi. ibi. quia a prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronunciatio. ff. ad Senatus consil. Turpill. Et idem dicit Castr. post Iacobum de Rau. ipsam pronunciationem, quatenus facti est, nō extingui: Nā ea, quæ facti sunt, pro infectis haberri non possunt l. in bello. §. facta. ff. de capti. sed extingui effectus iuris ab ipsa pronunciatione induci, & ita inquit intelligendum esse tex. in d.l. i. in fin. Vnde infertur applicationem, ut voluerunt Castr. & Iaco. de Rau. in loco prædicto, actionem iudicati, siue in factum, quæ ab ipsa sententia oritur extingue. Comprobatur ex eo, quod condemnatus pro crimine famoso, licet sententia infamiam irroget, eam tamen applicatione extingui quo sit ut pendente applicatione infamis non sit, ut est tex. in l. furii. §. i. ff. de infami. Item licet sententia eius, qui est condemnatus vel mortem, ciuitatem adimat & libertatem, faciatq; condemnatum intestabilem: appellatio tamē primum effectum extinguit, & ea pendente condemnatus testari potest, ut est casus in d.l. si quis filio. §. hi autem omnes. ff. de iniustorupto, irritoque facto testam. & ita intelligitur gl. in d.l. i. ff. de re iudic. & in d. l. furii. §. i. & dicta Bar. & aliorum in dictis locis, & alibi, dum habetur applicationem pronunciatum extingue, & ita dicit etiam Soci. in consil. 91. concludo, col. 2. num. 10. vol. 4. & Afficit. in decis. 296. quidam debitor, in fin. Silua. in

¹³ cons. 5. num. 5. Præterea proprius ad rem nostram accedendo, etiam dicendum est, appellatione † pendente iuri offerendi locum esse, ut inquit Capic. in decis. 201. m. 7. Ergo multo magis iuri reliundi locus esse debet, cum dominium adhuc apud ipsum debitorem esse dicendum sit: nam si quid dubii in ea Capitici decisione considerari potest aliorum respectu, qui offerre volebant, fuisse dicendum est. Non videtur etiam obstat consilium Bal. s. o. propterea quod etiam Bal. ibi de iure offerendi loquitur, & vult ad sententiam usque permanere, & supponit rem iudicatam: at in proposita specie stante appellatione in re iudicata non sumus. Et licet Bal. dicat idem post conclusionem in † causa dici posse, cum præcludat non aliter ac sententia, ne quid ulterius fiat, ut est tex. in c. pastoralis. extra de cau. poss. & proprie. Attra men dicendum est, huiusmodi æquiperationem in simplici sententia procedere, non autem in re iudicata, ut inquit Ias. in l. admonendi, col. 34. in vers. non obstat fundamentum, in 2. repetitio.
¹⁴ ¹⁵ Et satis patet ex eo, † quod in re iudicata non datur reclamatio, quæ datur à sententia, quæ non transiuit in rem iudicatam, & ex prædictis ita concludendum esse censemus.

C A P. CXXXVII.

A R G U M E N T U M.

Datio in solutum fieri potest creditori, cui ex statuto mandatur ut agat, quando agere prohibetur ob conditionis defectum.

S V M M A R I A.

- 1 Creditor conditionalis non comprehenditur à statuto mandante, ut intra constitutum tempus agatur, cum non possit comparere ante purificatus conditionem.
- 2 Statutum loquens de debitore vel creditore, de puro intelligendum est.
- 3 Creditor conditionalis vel in diem, non dicitur proprio creditor.
- 4 Statutum loquens de habente ius in bonis in solutum datio, intelligitur quod habeat tale ius tempore dationis.
- 5 Qualitas adicta verbo, debet regulari secundum tempus verbi.
- 6 Ius futurum habens potest comparere infra tempus datum à statuto, licet non sit praesens.

O Cruages uno septimo statutum loquens de creditore, † de conditionali non intelligitur, & sic præscriptio statutaria excludens creditores non petentes, ad creditores conditionales non extenditur & ratio est, quia creditor conditionalis, ante purificatum conditionem comparere non potest, cum actio orta adhuc non sit, nec via ad agendum aperta. I. cedere diem, ff. de verbo. oblig. Potest ramen, ut supra diximus, in iudicio comparere, iusq; suum deducere & petere, ut adueniente conditio ne illud sibi reserueretur, prout etiam à iudice ei illasum reseruari debet, ut notat Ias. in leg. si stipularum fuerim. S. si stipuler. ff. de verborum oblig: & ideo quan-

do statutum † loquitur de debitore vel creditore, de puro intelligi debet, non autem de conditionali, vel in diem: Nam † huiusmodi creditores vel debitores sub conditione vel in diem, proprii creditores vel debitores non dicuntur, ut notat Bart. in leg. prima. ff. si cert. petat. & probatur in leg. si ita scriptum, ubi tradit Bald. ff. de legat. 1. Præterea statutum de illo loquens, qui ius in bonis in solutum † datis 4 habet, & ex consequenti tempore ipsius in solutum dationis: nam qualitas † adicta verbo, secundum tempus verbi intelligi debet, t. in delictu. §. si extraneus de noxal. & l. Titius. ff. de milit. testament. & notat Bart. in leg. ex facto, in princip. ff. de vulg. & pupill. Sed hi ius praesens non habent, sed futurum ergo: Ex quo igitur prædicti agere non possunt, merito eis non currit præscriptio, ut puta ante purificationem fideicommissi, ex quo adhuc actio orta non est, ut inquit Alex. in consil. 106. volumine quinto. & Bald. in consilio 202. volum. 2. & tradit Negusant. in tract. suo de pigno. & hypoth. in 3. membro quinta partis principalis, numero 9. & Decius in consilio 519. numero 3. vers. ex ib. ubi præsupponit creditori reseruatum esse ius agendi intra tempus à statuto constitutum à die purificati crediti: ergo antea agere non potest. & idem voluit Ruin. in consilio 123. volum. 2. & nos supra late diximus. Vnde fit, ut quando tempus à statuto constitutum excessit à die purificati fideicommissi possessori, cui talia bona adiudicata fuerunt, vel in solutum data, præscriptione illius temporis à statuto inducti tatus sit, & tradunt Ioh. Fab. & Ias. num. 8. in §. sed iste. Institut. de actio. & Decius in consil. 147. & in consilio 558. & ideo etiam dicitur talia statuta à iure communni interpretationem recipere, & ob id statutariam præscriptionem contra tertium possessorum non curtere, cum ante euicti onem agere non possit. Præterea quod eb. eo tempore & non ante præscriptio ei curtere incipiat: à die ergo sequitur euictionis audiri potest infra annum, vel aliud quocunque tempus à statuto constitutum, iuraque sua expetiri: pariter etiam dicendum videtur, ut infra tempus à statutis constitutum possit comparere ille, qui ius, ut diximus, praesens non habet, † & ideo tunc non molestatur, sed in futurum aliquando posset fortasse molestari, ut puta, quia accidere posset, ut molestaretur in bonis embris ab eo, qui iura dotalia anteriora haberet, & sua interesseret tunc, ut bona pro parte dictæ dotis testituenda non adiudicarentur, vel in solutum darentur, aut venderentur tam vili pretio, ut ipse damnum pati posset, si fortasse bona antea ab eo empta molestentur à debitore dictæ dotis: cum habeamus de iure communni, tertium pro suo interesse comparere & sententia executionem, quæ contra condemnatum in iudicio comparere posse, & si ille tertius aliud interesse quam ius pignoris non habeat, l. à Diu. Pio. §. si super rebus, & §. si post addictum. ubi Doct. ff. de re iudic. & tradit Alex. in consilio 17. requisitus in causa, volumine primo, & in consilio 10. visto & considerato, volumine sexto. & Felix. post aliis, in cap. cum super. ff. de sentent. & re iudicat. & Bart. in leg. si perlusorio. ff. de appellatio. hæc aliquam diffi cultatem statuta facere videantur, quæ volunt ut habeat ius in bonis eportera.

De Executionibus, Tractatus. §.4. 279

C A P . CXXXVIII.

A R G U M E N T U M .

Datione in solutum facta & præscriptione statutaria munita, an præiudicet quoque in bonis non ipsius debitoris propriis, sed cum aliis communibus.

S V M M A R I A .

- 1 Prescriptio statutaria ut pro sit requiritur, ut bona sint debitoris.
- 2 Posseffor est citandus in specie ad hoc ut prescriptio statutaria procedat, quando est certus contradictor.

Octauo, quoniam elapso tempore à statutis constituto statutaria præscriptio inducitur: & procedit talis præscriptio vbiunque bona sunt ipsius debitoris, quæ in solutum data sunt: merito fuit aliquando dubitatum, quid dicendum sit, si non sint integra, & in totum ipsius primi debitoris, sed aliqua ex parte cum alio communia: an dispositio statutorum, de quib. dictum est, locum habeat? Et breuiter † procedendo, ut locum non habeat, dicendum est: Nam ut sape diximus, cum verba statutorum, de quibus supra, non conueniant: merito nec dispositio locum habere debet. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. & tradit Fel. in cap. nonnulli, in ver. vbi verba legis, extra de renunciat. Et ideo cum presupponamus statuta, de quibus agitur, semper de bonis debitoris loqui, & in quibus debitor ius habeat, merito à verbis prædictorum statutorum recedendum non est, arguento l. quod constitutum. ff. de milit. testamen. & l. non aliter. ff. de legat. 3. est etiam hoc loco prosequendo rem propositam adnotandum, præscriptionem statutariam non obesse, nisi posseffor, & in possessionem missus specialiter citetur: & ideo vbiunque forma à statuto inducta non seruatur, beneficium illius locum non habet, arguento l. non du bium. Cod. de legibus, cum similibus. Nam † quando certus est ille, de cuius interesse agitur, semper citandus est, alioquin actus est nullus: nam citatio est de substantia iudicii, l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. & l. de unoquoque ff. de re iudic. & tradit Bald. in d. l. nā ita Diuus, colum. fin. versi. sed an sufficiat citatio generalis omnium. Vbi inquit aut factum est generale, & sufficit generale edictum. c. humilis. extra de maior. & obedient. vbi tradit imola & capit. cum in tua, extra qui accusa. non poss. & l. si eo tempore. Cod. de remissio. pigno. & cap. quia diuersitatem, in fin. prime gloss. vbi Innocen. extra de concession. prebend. & in cap. si confiterit, vbi etiam Innocen. extra de accusa. & notatur in §. sanc mus, colum. i. in Auth. de hæred. & falcid. Aut vero est factum speciale, & tunc debet specialis citatio fieri, licet consanguinei & hæredes & amici, si generaliter citentur, sine omnium expressione satis sit, ut inquit notari in lege, hoc autem.

§. i. ff. quibus ex causis in poss. eatur.

C A P . CXXXIX.

A R G U M E N T U M .

Datio in solutum & adiudicatio tunc per præscriptionem statutariam muniri possunt, quando valent & reuera subsistunt.

S O V M M A R I A .

- 1 Prescriptio statutaria tunc opitulatur, cum adiudicatio vlaida est: secus vero si sit nulla.
- 2 Titulus nullus pro non titulo habetur.
- 3 Bona adiudicata, vel in solutum accepta, si adiudicatio non subsistit, sunt vna cum fructibus restituenda.

Octauo, nonono præscriptio autem prædicta statutaria tunc locum habet & procedit, † quando adiudicatio, vel in solutum datio subsistat: Si vero aliqua de causa, ut pūta ex defectu citationis vel gabellæ, non solutæ, vel quacunque alia de causa, ut inquit Ruin. in consil. 17. num. 4. volu. 5. & in consil. 123. num. 14. vol. 2. perutgatissim. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. de qua relate tradit Alexand. in consil. 147. colum. 2. volu. 7. ob id, † quod titulus nullus, pro non titulo habetur, ut inquit Afflict. in decis. 2. 8. alias 228. tunc bona † adiudicata, vel in solutum accepta, vna cum fructibus restitui debent, ut voluit idem Afflict. in prædicta decisio. & si tales fructus iudicis auctoritate percepti data tituli validitate accipientis fiant. l. final. Cod. de Carbon. editio.

S . V .

C A P . I .

A R G U M E N T U M .

Solennitatis verbum quid significet, & quam varie in iure usurpetur.

S V M M A R I A .

- 1 Solennitatis verbum pluribus modis accipitur.
- 2 Solennitas quadam dicitur probatoria.
- 3 Solennitas aliquando accipitur pro quadam auctoritate actum confirmante, que forma appellatur.
- 4 Solennitas, unde dicta sit.
- 5 Solennitas, quid sit.
- 6 Solennitas unde inducta.

Plerunque statuentes in instrumentis, quæ ex dispositione statutorum paratam executionem habent, solennitatem aliquam seruari expresse disponunt: Merito antequam ad alia transcamus, nonnulla de solennitate dicenda sunt. In primis igitur sciendum est, † verbum illud, solennitas, in iure pluribus modis accipi consueisse, ut inquit